


TRACTATUS  
DE OFFICIO GUBERNATIONIS,  
IN CRIMINALIBVS.

VEL POTIVS CAVSARVM CRIMINALIVM  
Practica secundum Foros Aragonum.

EODEM JBANDO DE BARDAXI DOMINO  
*locorum de Bellestar, & de la Selua, in Aragonensi Senatu  
Regio Consiliario, Auctore.*




Cum licentia, Cæsaraugustæ, Apud Laurentium  
Robles Regni Aragonum, & Vniuersitatis Typographum. Anno  
Domini MDLXXXII.



T R A C T A T V S  
D E O F F I C I O C A V S A R V M  
I N I S I N C R I M I N A L I B V S

V E L P O T I V S C A V S A R V M C R I M I N A L I V M  
P r a c t i c a t e c e n d u m F o r o A r g o n u m

E O D E M F B A N D O P E B A R D A N I D O M I N O  
l o c o r u m d e B e l l e s t a r & d e l a S e l v a i n A r g o n e s t e m a n e  
R e g i o C o n s i l i o A u t o r



Cum licentia, Caesaris Augusti, Apud Laurentium  
Robles Regni Aragonum, & Universitatis Typographum, Anno  
Domini MDLXXXII.



# INDEX CAPITVM QVAE

in secunda huius tractatus parte continentur.

- D**E Modo, & forma procedendi, in causis criminalibus ex parte Accusatoris, iuxta Foros antiquos. fol. 185
- 2 De Remediis qua Reus accusatus, iuxta eosdem foros antiquos competebat, & de citatione Reali, & verbali Rerum secundum eosdem Foros. fol. 187
- 3 De processu causarum criminalium, iuxta Foros novos, videlicet, tituli, de Modo, & forma procedendi in criminali. fol. 190
- 4 De captura Reorum, & primo de Appellitu criminali captionario, qui eam precedere debet, & de eius requisitis. fol. 191
- 5 De eadem materia. Quis scilicet possit reum capere, & quando, & in quo loco, & qualiter; fol. 197
- 6 Reo iam capto quid per Iudicem seu officialem sapientem, faciendum sit; fol. 200
- 7 De captura Reorum que in fragantia delicti fit, non nulla. cap. 7. fol. 203
- 8 De Petitione Criminali. fol. 205
- 9 De interrogatione Rei capti super contentis in petitione. fol. 207
- 10 Quod facta Rei interrogatione proponuntur exceptiones Fori declinatoria, & agitur de licentia litigandi per Procuratorem, & de Reo sub fideiussoribus a carcere relaxando. folio 290.
- 11 Accusator quando & intra quod tempus teneatur probare contenta in sua petitione; & de probatione delictorum nonnulla. fol. 211
- 12 Accusator quando, & quo modo processum publicare debeat, fol. 215
- 13 Reus quando, & intra quod tempus



tempus, defensiones suas  
allegare, & probare, &  
publicare debeat, & ali-  
qua de reorum defensio-  
nibus. fol. 216

<sup>14</sup> Lapsa defensionis termino,  
intra quod tempus accusa-  
tor, & reus sibi inuicem  
contra dicere debeant, &  
ibi de excep. contra testes  
in causa criminali. fo. 218

<sup>15</sup> Quod tempus de foro detur  
Iudici, ut sententiam proferat  
in causa criminali, & cir-  
ca Iudicis sententiam consi-  
derantur nonnulla fol. 220

<sup>16</sup> De Executione sententiae cri-  
minalis, & eius requisi-

tis, & de Appellatione, &  
aliis, quae eam impedire  
possunt. fol. 223

<sup>17</sup> De Modo, & forma proce-  
dendi cum processus Presen-  
tie, incipit a citatione cri-  
minali, verbali. fol. 228

<sup>18</sup> De Processu absentiae, hoc  
est, an & quando, absentes  
condemnari possint, tam  
secundum ius commune,  
quam secundum leges Reg-  
ni. fol. 229

<sup>19</sup> De Processu, statuario, hoc  
est, de modo, & forma pro-  
cedendi in criminalibus  
secundum statutum univer-  
sitatis Regni. fol. 239

**FINIS.**



# TRACTATUS DE OFFICIO Gubernationis, seu Procurationis generalis Regni Aragonum in criminalibus.

EODEM IBANDO DE BARDAXI, Domino Locorum de Bellestar, & de la Selva, in Aragonensi Senatu Regio Consiliario Auctore.

## PRAEFATIO.

### SUMMARIUM.



*Occasio qua sub hoc tractatu de offi. Guber. de causis criminalibus agitur.*

*1 Ut causarum criminalium cognitio habeatur, Fori, & tempora distinguuntur.*



**Q**ONIAM, ut dictum est, ad officium Regentis offic. Guber. spectat, ire per Regnum, ut gentes propter eius presentiam a malis coerceantur, atque per evocationem, de causis criminalibus, coeptis coram ordinariis locorum, & quae incipiendae erant coram eis, in locis, ubi reperitur, cognoscere: ut dicit For. 2. de Regen. offic. Guber. quod non possit alium Reg. face. ideo operae precium est, aliqua de dictis criminalibus causis modo inferere.

*2 Et in primis, ad cognoscendum, qualiter in dictis causis criminalibus sit procedendum, sunt distinguenda tempora, & Fori: nam aliter, olim secundum Foros antiquos procedebatur, & aliter hodie secundum Foros novos.*

### Cap. I.

### SUMMARIUM.

*1 De modo, & forma procedendi per batalla, siue duellum, ex parte accusatoris.*

*Iudicium repperij, siue duelli hodie non est in usu.*

*Q Per*



3 *Per viam accusationis directæ dupliciter procedebatur, plenariè, scilicet, & summarie.*



**S**ECVNDVM Foros antiquos, poterat dupliciter procedi, aut per batallam, aut directam accusationem: vt refert Molin. in verbo consanguinei, vers. 3. vbi ponit modum procedendi per Batallam, & repterium, reptando homicidam de morte, cum qualitate proditionis: in For. de Duello, & Obser. de prodito. Similis lex est in Castella, vt possit per repterium, & batallam procedi, vt per Burg. de Pace super ll. Tauri, super nu. 412. cum sequen. fol. 121. vbi late impugnatur Duellum. Quando poterat locum habere dictum iudicium repterij, & per batallam procedi, ponit Molin. in verbo Fidancia. vers. 2. & in verbo Batalla, & in verbo Duellum. vers. 3. Vbi etiã quando cæpta causa per repterium, & batallam, possit accusans redire ad directam accusationem. De dicta accusatione per viam repterij, ponit plura Bages in Obser. si. de prodito. Pertusa in titu. de Prodito. & proditio. vbi, & vbiq. tam de iure, quàm de Foro agatur, dicitur, numquam permitti, nisi concurrentibus iudiciis, & deficiente plena probatione. De quo iudicio loquuntur DD. Barto. las. & alij in lex hoc iure. de iust. & iur. Carre. in pract. criminali, tract. de homici. in 3. questione qualiter excusetur homicid. in n. excusatione, fol. 211. pag. 1. vbi plura de hac purga. per batallam.

2 † Hodie verò licet à Foro non sint

sublatæ he purgationes, præterquam illa, quæ per ferrum candentem fieri solebat (For. de canden. ferr. iudi. abol.) tamen hic accusationis modus effectualiter est sublatus, cum per illum quandoq. abfoluitur condemnandus, & è contra, & tentatur Deus: vt refert Molin. in d. vers. 3. & Carre. vbi supra, concludens, nullo casu permitti huiusmodi purgationem: & dixi supra in 6. & 7. quæst. ex sacro Concil. Triden. & notatur in titu. extra de purga. vulga. & sic cum hic modus procedendi ab vsu recesserit, non erit de eo amplius differendum: vide plura per Burg. de Pace d. fol. 121.

3 † Secundo modo procedebatur per viam accusationis directæ, & hoc dupliciter, summarie, vel plenariè: quos duos modos supponit Obseruant. Item nota. la grande, de Postuiando. ibi, summarie, vel ordinariè, pro vt aliàs qualitas causæ exposcit. facit Obseruant. de consuetudine. de Priuileg. gener. Et erat regula, quòd in omnibus procederetur ordinariè, nisi in casibus, quibus expressè disponebatur esse aliter procedendum, pro vt in accusatione officialium delinquentium, & in casibus Fororum, incipientium Como circa la punicion. de homicid. in quibus procedendi forma reperitur expressa; ordinariè verò procedebatur, pro vt hodie proceditur ordinariè in causa civili, assignabatur siquidem ad deliberandum, quærendum instrumenta, declarandum contestandum, &c. Fo. prout de litib. abbrevian. Obser. pænul. & ante pænult. de lit. contesta.



Cap. II.

SVMARIVM.



**N**ARRANTVR  
plura remedia quæ accu-  
sato competebant iuxta  
For. antiquos, siue sum-  
marie, siue plenarie procedere-  
tur.

2 De iuris firma quæ in limine captio-  
nis ad eam impediendam præsen-  
tari poterat.

3 De alio remedio firmandi, scilicet  
petitioni contra se oblatae iuxta  
For. 3. de fir. iur.

4 De remedio manifestationis perso-  
narum, ante & post sententiam.

5 Aliud erat remedium electio iuris  
firmæ: iuxta For. Querientes de  
Fir. iur.

6 Appellatio etiam Reo competebat:  
iuxta For. Por quanto de appella-  
tamen quod hoc, & præcedēs e-  
rant periculosa.

7 De iuris firma quæ ad impediendam  
executionem sententiæ late, præ-  
sentari poterat.

8 Vtebantur etiam Rei aliquando, iu-  
ris firma, seu inhibitione Iudicis  
Ecclesiastici.

9 In electione accusatoris erat an vel-  
let reum accusatum, citare verba-  
liter, seu personaliter, an vero rea-  
liter; & de his quæ in vtraq; ci-  
tatione requirebantur.



**V**OCVNQVE  
autem modo pro-  
cederetur, compe-  
tebant tunc per di-

ctos Foros antiquos ipsi accusato  
plura remedia, nempe iurisfir-  
marum, manifestationum, appel-  
lationum, electionem, iurisfir-  
ma. ac inhibitionis Iudicis Eccle-  
siastici. Poterat si quidem præ-  
sentari iurisfirma in limine cap-  
tionis, prout hodie, ad impe-  
diendam captionem.

2 \* Dicebatur, & dicitur præsen-  
tata in limine captionis, quando  
præsentatur, antequam mittatur  
in carcerem: vel si capitur extra  
locum, in quo est detinendus in  
carcerem, dicitur præsentata in li-  
mine captionis, antequam in car-  
cerem illius loci, vbi est captus,  
vel in aliqua domo sit missus, cu-  
stodiæ causa, donec inde exeat:  
refert Molin. in verbo Firma.  
versiculo. Verba illa Et præsen-  
tata dicta Firma in limine cap-  
tionis impediēbat captionem di-  
ctam; & impedit, nisi facta fue-  
rit provisio, quod non obstante  
Firma caperetur, quod fiebat,  
quando plene de delicto ministra-  
batur informatio: Foro Qui-  
cumquē. De appellat. Et hodie,  
quando ministratur informatio  
semiplena, vt infra dicitur: tunc  
procedebatur, nisi esse Firma Pri-  
uilegiata, vel ad casum; si verò  
non præsentabatur in limine cap-  
tionis, non impediēbatur dicta  
captio, vt dicit ibi Molin.

3 \* Dabatur aliud remedium,  
scilicet, firmandi petitioni, con-  
tra se oblatae, cui poterat quan-  
documquē firmari For. 3. de Fir.  
iur. & procedebatur super recep-  
tione dict. iurisfirmæ eo modo,  
quo dicit Molin. in verbo Accu-  
satus. versiculo Accusatus de quo-  
cumque crimine.

Q 2

Et



Et si recipiebatur dicta iurisfirma, erat effectus, quòd liberabatur à captione, vel saltem veniebat liberandus, & si eum non liberabat dictus Iudex, liberabantur per Iustitiam Aragonum. For. 2. de Manifestatione personarum. Molin. in verbo *Causa criminalis*. versicul. 2. per *Observant. fin. de Prodito*. Et etiam dabatur sibi licentia litigandi per Procuratorem, quod non poterat ante; tenebatur tamen tribus temporibus personaliter comparere, puta, in litis contestatione, publicatione, & sententia, ut ubi Molin. Nihilominus dictus captus erat dandus sub fideiussoribus, si non constabat de delicto; vel licet constaret, non erat pro eo imponenda poena corporis afflictiva; *Observantia penultim. de satisf. dan. ubi Bages & Observantia*. Item quod ibi dicitur. Interpretat. qualiter, & in quibus. & *Observantia*. Item nota, quod in causa criminali. de homicid. ubi Bages late. Quo casu sit dandus sub fideiussoribus captus, ponit late *Bosstital. de Carcerato fideiussoribus committendo. pagina. 28.*

4 † Competebat etiam olim aliud remedium ipsi accusato, scilicet, manifestationis personarum ante, & post sententiam: poterat si quidem captus, aut capiendus facere se manifestari, & in processu manifestationis ante sententiam diffinitivam causae principalis poterat ostendere per viam summariam, cum processu, vel copia illius, de iniusta captione in casibus tantum à For. de Manifestatione personarum, dispositis, & non

in alijs, ut in For. 4. de Manifestatione personarum, & constituto de iniusta captione, in dictis casibus liberabitur per Iudicem Manifestationis à dicta captione. Et in casu, quo ante, vel post sententiam se facit manifestari, lata sententia diffinitiva in causa criminali, tunc in processu Manifestationis per dictum Manifestatum deducebantur omnia gravamina, ad effectum ostendendi de nullitate sententiae, vel non esse rectè latam, deducendo omnia gravamina in cedula gravaminum, cum hoc, quòd sit Firma praesentata. Procedebatur in dicto processu eo modo, quo proceditur in processu electionis iurisfirmæ gravaminum factorum, procedendo secundum ordinem traditum à For. 4. de Manifestatione personarum, deducendo omnia gravamina praesentata contra sententiam, & etiam contra captionem, licet alias fuissent summarie deducta: ut dicitur in dictis For. 4. de Manifestatione personarum quae etiam declarantur per dictus Forus 1. & 2. de Manifestatione personarum incorrectis. Et olim dictus Manifestatus indistinctè portabatur ad posse Iustitiae Aragonum, per Officiales executores provisionis Manifestationis. For. 1. de Manifestatione personarum. & mittebatur in carcerem communem, vel domum aliquam, ubi Curia Iustitiae Aragonum residebat, donec factus esset Manifestatorum carcer, iuxta Forum Razona-ble cosa. de officio Iustitiae Aragonum.

Dabatur



5 † Dabatur insuper dictis accusatis remedium electionis iurisfirmæ: For. Querientes. Qui est octauus de firma iuris, quod remedium competeat contra quamcumque sententiam, siue diffinitiuam, siue interlocutoriam, & dabatur remedium electionis iurisfirmæ, non manifestatis, vt dicit Forus Querientes.

6 † Competebat etiam remedium appellationis: For. Por quanto. de Appella. vbi prouidetur, quod, pendente processu super appellatione, vel electione, iurisfir. captus debebat detineri per Iudicem a quo, & appellationis remedium competeat contra quamcumque sententiam, sicut dictum est de electione. Verum est, quod dicta appellatio neque electio, iurisfirmæ a sententiis interlocutoriis, non poterant prosequi ante sententiam diffinitiuam, nisi tantum in quatuor casibus, de quibus in For. penul. de fir. iuris. & For. 4. de appella.

Et licet ista remedia appella. & electio, competere secundum dictos Foros, erant tamen periculosa, nam Iudex sententiam suam executioni mandabat, non obstante appellatione, vel electione, vt elicitur ex For. I. de Executi. rei iudi. nisi eis presentaretur inhibitiō superioris, vel essent manifestati, & propterea commune remedium erat olim remedium manifestationis.

7 † Præterea olim in casibus, in quibus absens poterat condemnari (quia regulariter non poterat damnari, vt in processu absentia dicitur) poterat absens condemnatus, sicut hodie potest, inuari remedio

iurisfirmæ, ad impediendam executionem sententiæ, firmando dictam iurisfirmam, & illius inhibitionem, in aliqua nullitate processus, vel qualitate ipsius condemnati, per quam est exēptus a iurisdictione iudicis, qui sententiam protulerit, pro vt dicitur infra, nam quod ad huiusmodi remedium, nihil noui dispositum est per Foros, & consequenter sicut hodie competit, vt infra dicitur, ergo & olim.

8 † Recurrebat olim etiam accusatus ad Iudicem Ecclesiasticum, ad obtinendum inhibitionem contra Iudicem Secularem, ratione consuetudinis, aut alterius qualitatis circumferentis eius iurisdictionem, & presentata Iudici Seculari inhibitione dicti Iudicis Ecclesiastici, erit suspensa eius iurisdictione, donec de viribus inhibitionis esset cognitum in Banco Regio, quod erat in Ecclesia Sancti Iacobi, vbi dicta competentie iurisdictionis causa tractabatur, & quandoque non deferabatur vnus alteri, quando non poterant concordare, & si vnus excommunicabatur, & supponebat terram interdicto, alter agebat ad occupationem temporalitatum, & oriebantur scandala: Propterea fuit conditus Forus de Competentia iurisdictionis, in anno 1328. Prout in Catalonia fuerat editus, de quo postea dicitur.

9 † Hæc sunt remedia, quæ olim per Foros antiquos poterant accusatis competere in dictis processibus, actitatis iuxta Foros antiquos, siue summariæ, siue ordinariæ fuisset processum. Et est aduertendum, quod in his, & eorum quolibet poterant incipere a citatione verbali, vel a citatione reali, & sic a captura.



In facultate est accusantis, etiam si  
posset incipere à citatione reali, il-  
lām viam omittendo, incipere à  
personali, & verbali citatione, &  
tunc solemnitas erat, & est, quòd  
obtinens citationem iuret, illām es-  
se veram, & non fictam, & firmet  
super expensis, sicut fit in oblatio-  
ne appellitus: Foro por appellidos  
fictos. De appelli. Qua solemnita-  
te interueniente providebatur per  
Iudicē dicta citatio criminalis, abs-  
quē aliqua informatione, per di-  
ctum For. Sicut & hodie incipiebat  
à reali citatione dictus processus,  
quando oblato appellu captiona-  
rio ministrabatur super delicto ali-  
qua informatio: nam non ministra-  
ta aliqui informatione, licet fuis-  
set appellitatum, non poterat proce-  
di ad captionem, sed Iudex conce-  
debat tantum citationem crimina-  
lem: For. Quandoquē, de ap-  
pelli. Nam per dictum Forum, sine  
informatione non poterat procedi  
ad captionem, sicut & de iure non  
potest procedi: vt per Foller, cap.  
2. pag. 14. & c. 3. pag. 31. & per  
Bos. i. c. 2. de delinquente, & c. 3. de  
captura.

Ministrata verò informatione,  
procedebat Iudex ad captionem,  
quandoquē, non obstante firma, quā-  
do erat plena de delicto informa-  
tio, vbi in certis casibus semiplena.  
Quandoquē procedebat simpliciter,  
vt quando non ministrabatur ta-  
lis informatio, vt in dicto Foro.  
Quandoquē, & aliis foris de Ap-  
pelli, poterat etiam ad captionem  
procedi ex officio, fragante malefi-  
cis: for. 7. in fin. de Latib. abreuian.

### Cap. III.

### SUMMARIUM.

**I**N delictis ex contractu  
descendentibus, nihil est  
immutatum per Foros  
nouos, & ideo secun-  
dum Foros antiquos in illis pro-  
cedetur.

In ceteris vero delictis indistincte  
proceditur iuxta Foros nouos sub-  
tit. De modo & forma procedendi  
in criminali.



**O**MNIA supra pro-  
ximè dicta de pro-  
cessibus criminalibus  
iuxta Foros anti-  
quos, præmissa fue-  
runt pro aditu dicen-  
dorum in processibus criminalibus  
iuxta Foros nouos, scilicet, iuxta  
Fo. De modo & forma proceden-  
& forum de Processu contra citat.  
& absentes.

† Hodie, præterquām in delictis  
descendentibus ex contractu, vt est  
super fractione iuramenti appositū  
in contractu, in quibus delictis ni-  
hil de nouo dispositum reperitur,  
fortè, quia in eis non deberet pro-  
cedi criminaliter, vt statutum est  
Mediolani (quod in delictis descē-  
dentibus ex contractu non proce-  
datur criminaliter, Bos. in tit. de  
Decreto Mediolani pag. 9. vel  
quia rarò solet procedi, & leges  
non ad ea, quæ rarò & c. l. nam  
ad ea ff. de legi. vel alia causa Fori-  
stis bene visa nihil de hoc delicto  
statuerunt, & propterea hic casus  
remanet in dispositione foro-  
rum antiquorum, de crimina-  
libus causis agentium, & lege com-  
modiffi



modissime. ff. de libe. & pos. Ita seruatam reperitur in quodam processu super fractione iuramenti, appposito in compromisso; est processus in scribania Marti. de Blancas. In cæteris verò delictis indistinctè proceditur iuxta dictos Foros de modo & forma. vel de processu contra cita. & absen. etiam si super dictis delictis esset iam à Foro particularis forma procedendi introducta: quod ægrè fert Molin. in diuersis locis in verbo accusatus de quocumquè crimine. & in verbo officiales delinquentes. & in ver. forma procedendi. & in verbo Fori. versi. Forus primus. & alibi sæpe.

### Caput. IIII.

#### SVMMARIVM.



**I**UXTA dictos Foros nouos dupliciter procedi potest, vel incipiendo à citatione verbali, vel à captura.

2 De appellitu criminali captionario & eius requisitis. & primò quòd sit oblatu ad instantiam partis legitime cuius principaliter interest.

3 Fallit in clerici homicidio.

4 Fallit in casibus in quibus Procurator astrictus accusare potest.

5 Fallit in Procuratore Regni, qui in certis casibus est pars legitima ad accusandum.

6 Fallit in casibus in quibus Procurator Fiscalis facit partem.

7 Regulariter pars legitima dicitur cuius principaliter interest, vt sunt consanguinei propinquiores interfecti, & an consanguineo ac-

cusanti, incumbat onus probandi se esse proximiorum.

8 Statutus terrarum vt plurimum aliter cauetur.

9 Requiritur secundò in dicto appellitu criminali quòd sit oblatu coram iudice competente, & quis sit iudex competens.

10 Narrantur delicta, pro quibus fieri potest accusatio vbiq; delinques reperiatu.

11 Si Locumte. Gener. vel Regens offic. Gubern. in loco domicilij accusati reperiantur, coram eis offerri potest appelli. criminalis.

12 Enumerantur viginti casus, in quibus omissis iudicibus ordinarijs potest quis conueniri vel accusari etiam coram Domin. Rege, Locumte. gener. Primoge. Regen offi. Gubern. vel Iusti. Arago.

13 Qualitas illa plenè est probanda, respectu cuius, quis extrahitur à suo iudice ordina. & locali.

14 Appellitans iurare debet appellitu esse verum & non fictum.

15 Agitur de solennitate quæ obseruari debet in secundi appellitus criminalis prouisione pendente primò, & seu in secunda accusatione, pendente prima, siue ab eodem siue à tertio intentetur cum quinque num. sequen.

16 De informatione ad prouisionem appellitus criminalis necessaria. & nu. 17. 18. 19. & 20.

20 Etiam si simpliciter appellitus prouideatur, necessaria est aliqualis informatio de iure & de Foro, secus de consuetudine. cum nu. sequentibus.

22 Due alie solennitates ad appellitus criminalis prouisionem necessarie, & ibi quòd omissio solennitatis requisite sine clausula Decree. irritan. actum non vitiat.



- 23 *Appellitu oblato cum debitis solennitatibus, incontinenti vel intra tres dies est prouidendus.*

**I**N dictis criminalibus causis, super delictis non descendenti-  
bus ex contractu, procedendo iuxta Foros nouos proceditur incipiendo vel à citatione verbali vel à captione, vt dictum est. Vt verò incipi possit à captione, debet præcedere appellitus, oblatus ad instantiam partis legitimæ coram iudice competenti, in cuius oblatione seruetur solennitas Foralis, vel quòd capiatur in fragantia delicti: For. El señor Rey. de Appelli.

- 2 † In primis ergo, vt cum appellitu capi possit, tria requiruntur per dictum Forū, Primò, quòd sit oblatus ad instantiam partis legitimæ, Secundò, coram iudice competente, Tertiò, quòd in eius oblatione seruetur Foralis solennitas. Quo ad primum, legitima pars ad appellirandum dicitur is, cuius principaliter inter est: Obseruan. Item in criminibus. de homici. ponit Molin. in verb. accusatio. vers. 1. & in verbo actio ad accusandum. & in verbo Clamum. & in verbo Procurator Fiscalis.

- 3 † Hæc tamen regula multipliciter fallit, nam procurator Episcopi potest accusare interfectorem clericum: Obseruan. 1. de Sacro S. Eccle. Molin. in verbo clericus. vers. 1.

- 4 † Item Procurator Astrictus potest in octo casibus accusare: For. En q̄ casos el Procurador Astrict. puede hazer parte in furto, scilicet, homicidio, & mutilatione membri; fractore pacis & tregue, firmatæ in posse iudicis, falsificatore instrumen-

torum, vel monetæ; secū portatibus voluntariè, vel coactè mulieres, raptoribus personarum liberarum, diffidantibus, incendiarijs.

- 5 † Item Procurator Regni potest accusare in casibus, positus per Molin. in verb. Procurator Regni. videlicet contra extrahentem ganata guidata: For. guidati Greg. contra Notar. difunctos, de falso: For. si. de Tabellio. in antiquo: contra alienigenas intrantes in Regno ad damnificandum: Foro. 2. de General. priuileg. contra officiales alienigenas: For. de alienig. contra alienigenas: obtinentes Prælaturas: For. de Prælatu. contra officiales fractores libertatum, & in casu Fori de Guerreantibus in ciuili: contra executores, qui non seruauerunt contenta in Foris de Alguazirijs; & in casu Fori de ponderatione lanæ: contra exigentes nouas collectas, & nouas impositiones: contra non seruantes Forum de subsidijs: contra eos, qui possunt denuntiari: tit. Forus Inquisitionis: & in casu Fori de accusatione officialium delinquentium.

- 6 † Item Procurator Fiscalis facit partem desistente accusatore, post litem contestatam, sed hoc est sublatum per For. de homici. Calataiu. & contra occidentem aduenam, vt refert Molin. in verb. Procurator Fiscalis. & in verbo Clamum. & est casus, in quo quilibet de populo admittitur ad accusandum. In casibus etiam contentis in Obseruan. Item in criminibus. de homici. Sodomie, scilicet, Hæresis, & Falsæ monetæ, potest dict. Fiscalis, & quilibet de populo accusare latronem, etiam, & manifestum raptorem, id est, inuentu cū furto vel rapina, potest quilibet accusare: Obserua. Supra iunctarij de priuileg.



priuileg. Milit. & in causa rebellio-  
nis, vt ibi: plura etiam potest Iudex  
de officio, vt refert Molin. in verbo  
officium Iudicis.

7 †Regulariter tamen accusare te-  
netur, & dicitur pars legitima is, cu-  
ius principaliter interest, & sic de-  
morte tenetur accusare propinquo-  
res occisi: bene tamen admittetur ad  
accusandum consanguineus, licet  
non alleget se propinquiorem, nam  
ex sola allegatione consanguinitatis  
fundatur intentio accusantis, nam,  
qui vult eum excludere, allegando  
alium esse propinquiorem, tenetur  
illud probare: Iasson in. l. is potest.  
numer. 83. ff. de acquir. hæred. Idem  
dicendum de vxore, quæ non admit-  
titur ad allegandum mortem mari-  
ti, nisi in defectu cōsanguineorum:  
Obseruan. Item vxor. de homici.  
Verum est, quod accusantibus dictis  
consanguineis, vel vxore, si veniant  
propinquiore ad accusandum, illi  
admittuntur, exclusis remotioribus.  
Sed an gesta per remotiores noceant  
dictis propinquiore, videtur,  
quod sic, si veniunt post litem con-  
testatam, argumento notatorum in  
Obseruan. fin. de Prodito. vbi si re-  
motiores accusantes eligerent accu-  
sationem per viam repterij, & ba-  
tallæ, si propinquiore veniunt post  
litem contestatam, nō possunt omif-  
sa dicta via redire ad accusatio-  
nem directam; secus, si ante litem  
contestatam comparuissent. Ponit  
plura de his Bages in dicta Obser-  
uan fin. de prodito.

8 †Per statuta tamen terrarum Pro-  
curatores vniuersitatum, & quan-  
doquē quilibet de populo consti-  
tuuntur partes legitimæ, ad accusan-  
dum de omnibus ferè delictis: qui

poterunt accusare iuxta tenorem sta-  
tutorum, eos omnes, quos statuta li-  
gant, & comprehendunt, de quibus  
statutis postea dicitur.

9 †Secundō requiritur, quod dictus  
appellitus sit oblati coram Iudice  
competente Regula est, quod Iudex  
domicilij dicitur esse Iudex compe-  
tens, per regulam, quod nemo est  
extrahendus à suo Iudice ordina-  
rio, & locali. For. 3. de Iudi. For. 3.  
de For. Compe. §. Item que como.  
in Decla. priuileg. Molin. in verbo  
Actor. & Reus. versi. Reus quilibet.  
& in verbo Iudex ordinarius. Et hic  
Iudex domicilij est generalis, con-  
currens cum alijs, vt dicit Felin.  
in ca. fin. numer. 23. de For. Compe-  
ten. extra. Item Iudex loci commis-  
si delicti ratione delicti est Iudex  
competens, ibi Forum: adeò quod  
de iure captus alibi, esset remitten-  
dus ad locum, & Iudicem commis-  
si delicti: vt latè per Abba. & alios  
in dict. ca. fin. quæ remissio cessat in  
Aragonia, Molin. in verbo Remis-  
sio. Deniq; Iudex Domicilij, & Iu-  
dex loci commissi delicti, sunt Iudi-  
ces competentes ipsius delinquen-  
tis.

†Pro nonnullis tamen delictis, po-  
test etiam alibi delinquens accusari,  
scilicet, pro furto, robaria, Homici-  
dio, & Ferida, nam pro dictis deli-  
ctis est Iudex competens, & potest  
appellitari, non tantum in loco Do-  
micilij, & in loco commissi delicti,  
sed alibi, vbi talis delinquens repe-  
riatur: vt in dict. For. 3. de For. Com-  
pe. & For. 3. de Iudi. Molin. in dicto  
verbo Reus quilibet. & in dicto ver-  
bo Iudex ordi. Item in causis Procu-  
ratoris Astrikti poterit similiter, vbi  
commissum est delictum, vel vbi de-  
linquens fuerit repertus, appelli-  
tari,



tari, per dictum Procuratorem. For. fin. de Procuratoribus Astrictis, & eadem ratione per partem in dictis casibus, vt supponunt dicti For. de Procura. Astrict. Habet tamen pars, vltra Iudices, quos habet Procurator Astrictus, Iudicem domicilij, nam Procuratori Astricto tantum est permissum accusare in loco commissi delicti, vel vbi reperiatur delinquens; Pars verò Iudicem habet domicilij, qui est generalis concurrens cum alijs, vt dictum est.

11 \*Præterea si in locis, quibus coram ordinarijs possunt delinquentes appellari, reperiantur Locumtenens generalis, vel Regens officii. Guberna. euocatis, vel non euocatis causis ( vt dictum est supra) poterit coram eis appellari, omisis ordinarijs Foro Nos Primogenitus. De Emparamen.

12 \*Præterea in multis casibus à Foro dispositis, omisis dictis Iudicibus ordinarijs potest conueniri, & in illorum aliquibus, necessario debet delinquens, vel ratione qualitatis suæ personæ, vel qualitatis delicti, coram domino Rege, eius Locumtenente, Primogenito, Regente officii. Gubern. vel Iusticia Aragonum appellari, & accusari. Qui casus sunt viginti, aut plures.

Primus, quando appellatur nobilis: Mol. in verbo Nobiles.

Secundus, quando appellatur dominus Vassallorum, Locorum, & Castrorum, Molin. in verb. Domini Vassallorum.

Tertius, quando appellatur contra Vniuersitatem, iuxta Obseruan. fin. de Iniur. Molin. verbo Vniuersitas.

Quartus, cum appellatur de Of

ficialibus delinquentibus, vel habentibus dictam qualitatem: Mol. verbo officiales.

Quintus quando appellatur de singularibus ratione mixturæ: Molin. verb. Actor. versic. Reus quilibet.

Sextus, quando appellatur contra Milites, & Infanciones, habitantes in locis Dominorum, Molin. verb. Infanciones.

Septimus, si appellatur de delicto fractionis Apprehensionis, vel Emparæ, Molin. verb. Fractor apprehensionis, & emparæ.

Octauus si appellatur contra extrahentes captos à Regno, Molin. verbo Captus. versic. 2. & verb. Regnum.

Nonus si appellatur contra ducentes captos ad Trirremes: For. de Homi. pro serui. Galea. non capien.

Decimus, si appellatur contra Desuassallantes: Molin. in verbo Vassallum si aliquis extraxerit.

Vndecimus, si appellatur contra Vassallos rebelles: Molin. verbo Pœna. versicul. Pœna Vassallorum.

Duodecimus si appellatur contra fractores pacis, & treguæ, Molin. verbo Fractor pacis.

Decimus tertius, si appellatur contra alienigenas, venientes ad dānificandum Regnum, Mol. in verbo Depputati.

Decimus quartus, si contra Notarios falsarios, vel facientes contra forum, Forma para testifi. Molin. in verbo Falsitas. Exceptio falsitatis. & contra instrumentum.

Decimus quintus, si pro pensio nibus censualium sententiarum, Molin. verbo Censualia.

Decimus sextus, si appellatur contra



contra Mercatorē virtute Albarani  
For. de los Albara. de los Mercade  
res.

Decimusseptimus, si appellatur  
in civilibus ratione summisionis:  
Obseruan. Si quis se obligat. de Fo.  
Compe.

Decimusoctauus, si appellite-  
tur contra Albarraneum: Molin. in  
verb. Albarraneus.

Decimusnonus, si appellitetur  
contra latrones, iuxta Forum de  
Leno.

Vigessimus, si propter suspitio-  
nem Iudicis, & loci fuerint causæ  
euocatæ: Moli. versi. Reus quilibet,  
& verb. euocatio.

Istis casibus supra positis extrahi-  
tur quis à suis Iudicibus localibus, &  
subiiciuntur delinquentes dictis Iu-  
dicibus vniuersalibus, qui in dict.  
casibus sunt Iudices competen. vt la-  
tè dictum est supra, in reseruatis do-  
mino Regi, Primogen. Regen. &  
Iusti, Arag.

13 \* Aduertendum tamen est, quòd  
dictis casibus, quibus ratione quali-  
tatis personæ, vel delicti extrahitur  
à suis Iudicibus, requiritur, quòd di-  
cta qualitas probetur plenè: For.  
Con color. & For. Con calidades  
de Appelli. nam licèt qualitatem,  
quæ tendit ad habilitandam perso-  
nam ad agendum, non teneatur  
quis probare, nisi inficietur Molin.  
verbo qualitas. tamen illa, quæ ten-  
dit ad circumferendam iurisdic-  
tionem, debet probari: Aretin. in c.  
cæterum de iudi. numer. 2. Ex qui-  
bus omnibus detegitur, quando di-  
catur oblatus appellitus coram Iu-  
dice competen. & satisfactum 2. Re-  
quisito.

14 † Tertiò requiritur, quòd in ob-  
latione dicti Appellitus seruetur  
solennitas Foralis, quæ est, quòd iu-

ret appellitans, dictum appellium  
esse verum, & non fictum: For.  
Quandocunquè. & For. Por Appel-  
lidos fictos. de Appelli. & quòd fir-  
met super expēsis Fo. de Voluntad.  
de Appelli. † Si secundò, pendente  
15 dicto appellitu, appellitatur, dictus  
appellitatus, per eundem appellitan-  
tem, debet vltra supradicta iurare,  
quòd nouiter ad sui notitiam per-  
uenit ius iterum accusandi, post po-  
sitam primam accusationem, &  
quòd illam maliciose non propo-  
nit. Si accusator est tertius, iurat  
specialiter, quòd maliciose nō pro-  
ponit accusationem, sed quòd inten-  
dit illam probare. Hæc statuuntur  
in For Præterea de Accusatio. & in  
Foro. Por quanto de Appelli.

16 † Circa accusationem, requiri-  
tur solennitas in hac secunda accusa-  
tione, prima pendente, quia non po-  
test mandari procedi ad captionē,  
ad instantiam eiusdem Secundò ap-  
pellitantis, nisi de delicto, de quo in  
secundo appellitu, constet per acta  
publica, vel instrumenta. Sed, si se-  
cundus appellitus est oblatus à ter-  
tuo, non potest vigore illius capi, ni-  
si per instrumenta, vel acta, vel sum-  
mariam informationem constet de  
delicto: & quando de dicto delicto  
constet per instrumenta, vel acta,  
potest mandari capi, non obstante  
firma, aliàs non, nisi simpliciter: Fo.  
Por quanto. de Appelli. & d. Fo. 2.  
de Accusatio. Ex quo videtur infer-  
ri, quòd cum per Forum generalē  
non intelligatur sublata particula-  
ris dispositio Fori Antiqui (vt la-  
tè per Molin. in verbo Officialis  
delinquens.) quòd in terminis dicti  
For. Por quanto. etiam si de deli-  
cto, constet per testes de visu, vel cō-  
fessione, & seu per duos testes de fa-  
ma, cum credulitate (quo casu per  
dictum



dictum Fo. Pœnul. de Appelli. potest capi, non obstante firma) quod illa dispositio fori pœnultimi non non habet locum in terminis Fori Por quanto. nequè in terminis Fori 2. de accusatio. Hæc de informatione, quoad secundum Appellitum pē

17 Quò verò ad primum Appellitum, vt prouideri possit non obstante firma, requiritur etiam informatio per testes de visu, vel confessione, aut duos de fama publica, & credulitate: d. For. pœnul. de Appelli. Sed ista solemnitas non est talis, quòd defectus circa illam annulleret prouisionem, quia, si, non adhibita dicta solemnitate, sit mandatus capi, non obstante firma, & captus in limine captionis illam non præsentauerit, erit legitimè captus, nec liberabitur priuilegiatè, eodem modo, quo liberaretur, si firmam præsentasset.

18 \* Deniquè, ex quo firma non fuit præsentata, ex quo est mandatus capi, non obstante firma, in casu, quo simpliciter poterat mandare capi, quod valebit dicta prouisio de capiendo, non obstante firma illa non præsentata, sicut tenuisset, si simpliciter capi fuisset mandatum, ex quo non præsentando firmam, non fuit læsus: ita fuit declaratum in Regia Audien. in altero ex processibus, Bartolo, Lopez. \* Circa istam solemnitatem informationis, etiam est aduertendum, quòd dicti testes sunt examinandi per Iudicem, & de eorum nomine, & cognomine, & vnde sunt naturales, & habitatores, alias Iudex delinquit in officio, non tamen eorum defectus vitiaret prouisionem: vide Molin. in verbo. Prouisionem. & in verbo Iudex. versu. Iudex coram

quo. Item isti testes, qui de fama, & credulitate, ad prouisionem Appellitus non obstante firma recipiuntur, non debèt esse Portarij, Virgarij, aut cursores curiarū, seu Audien. For. si. de Appelli.

20 † An tamen, vt simpliciter possit prouideri Appellitus, requiratur aliqualis informatio: & videtur, quòd sic, nam à iure, vt possit prouideri, requiritur aliqualis informatio. luli. Cla. communi. opi. verbo captura. Folle. c. 2. pag. 14. & c. 3. pag. 31. Bossi. c. 2. de Delinquente. & c. 3. de Captura, quos supra retuli. Item de Foro, nisi præcederet aliqualis informatio, non poterat mandari capi. Fo. Quando cumquè. de Appelli. vide Mol. in verbo Capi licèt regulariter. in fin. dicit, necessariam esse informationem, & ibi allegat Baldum.

21 † Sed his obstat consuetudo, nam videmus, passim prouideri Appellitus simpliciter, non ministrata aliqua informatione. Hoc tamen credo factum fuisse, occasione sumpta à dicto Fo. Pœnul. de Appelli. in quo permittitur, posse mandari capi, non obstante fir. cum ea informatione, qua olim poterat simpliciter prouideri: nam semiplena probatio sufficit ad prouidendum non obstante fir. & minor illa, non videtur considerabilis, ergo si dandus est casus, in quo simpliciter prouideri possit, erit, quando de informatione non est actum. Sed istud nō multum stringit, quia citra semiplenam potuisset considerari, vt in casu dicti Fori. Quandoquocquè scilicet, quando testes de fama non etiam attestarentur de credulitate, sine qua non potest prouideri, non obstante fir. Nihilominus tamen contrariū seruatur, & consuetudo multū operatur,




SUMMARIUM.


ratur, & est optima legum interpret. Semper tamen, quando in Appellitu allegatur qualitas circūferens iurisdictionem, illa probanda est, vt dictū est supra, siue simpliciter, siue nō obstan. fir. Appellitus prouideatur.

22 † Alia etiam solennitas, vltra supradictas, scilicet, vltra iuramentum, cautionem, & informationem, requiritur, Quod asseratur in Appellitu, cuius sit loci vicinus appellitans, & habitator: For. Querientes. de Appellitu. Defectus tamen cuius solennitatis non vitietur, ex quo in dicto Foro non est clausula decre. irritan. constando de corpore. l. Demonstratio falsa. ff. de Condi. & demonstra. & cum a dict. For. Imponatur obligatio exhibendi dictum appellitantem, quæ obligatio extenditur ad recommendantem: For. Anadiendo de Appelli. Specificandus est etiam appellitatus, & specialiter nominandus in Appellitu, nam per clausulam, complicum nemo est capiendus: For. Experientia a demonstrado. de Appellit. Quod procedit in criminalibus, secus in civilibus, nā si pro debito appellitatur sufficit appellitare contra vicinos & habitatores talis loci, seu vniuersitatis, licet dicti appellitati non nominentur: Moli. verbo Vniuersitas. & in verbo Appellitus. vers. pœnul.

Quo igitur Appellitu oblato corā Iudice cōpetente ad instantiā partis legitimæ, in cui' oblatione sit seruata Foralis solēnitas, de quibus omnibus dictū est supra, debet talis Appellitus postquā remāserit in deliberatione, prouideri per dictum iudicem in continēti, aut saltem intra res dies: For. 3. de Appelli. Mol. in verbo Appellitus criminalis vers. i.

Caput V.

1  RDO quem seruat auctor in eadem captura materia.

2  Captura Reorum fieri debet ab executoribus iudicis qui capere mandat, & de mandato & alijs ad id necessarijs, & quod potest Iudex multo magis suam exequi prouisionem.

3 Executio prouisionis de capiendō nō debet fieri per priuatas personas.

4 Prouisionibus quæ solent dari priuatis personis ad capiendum condemnatos, videtur obstare For. Como cerca. de homici.

5 Non debet fieri commissio ad capiendum condemnatum ei qui est inimicus condemnati.

6 Guidaticum, quemadmodum capture prouisionē impediatur.

7 Quid operetur iurisfirma, in limine captionis presentata.

8 Extra territorium, prouisionis de capiendo non fit executio. cum limitatione & duabus illationibus.


9 De immunitate confugientis ad palatium infancionis, & de immunitate Ecclesie cum nu. 10.

11 Capiendus pro debito civili non potest extrahi a domo propria.

12 Confugiens ad Corpus Christi an gaudeat immunitate.

13 Capiendus resistens potest impune offendi & occidi.

14 Iudice seu officiali ad capiendi effectum voci ferante. *Ajuda al Rey* tenentur omnes iuuare alias committitur resistentia.

1  ICTO de prouisione de capiēdo, nūc de ipsa captura, & executione prouisionis dicendum est, & circa illam pos-

R sunt



sunt plura considerari, quis, scilicet, potest capere; quando; in quo loco, & qualiter.

- 2 † De primo dicendum est, quod captio est facienda ab executoribus illius iudicis, qui capere mandauerit, & non ab omnibus sed ab illis tantum, quibus datum est in mandatis, nam mandatum requiritur, vt dicit Bossi. tit. de Captur. num. 36. Quod mandatum intelligitur datum, quando executori præsenteratur processus, & prouisio iudicis: quod sufficit, si fiat executio in eodem loco. Si vero extra locum, sunt extrahendæ litteræ à dicto processu cum insertionem prouisionis, in quibus debet contineri, quod dictus Appellatus est prouisus secundum Forum: For. con Calidades. versic. E queremos que en las letras. Aliàs non posset executari, vt ibi: Molin. in verbo Appellatus criminalis. versic. 2. Et dictis litteris præsenteratis, & requisitis pro parte præsenterantis, quatenus ad impleat contenta in eis, tenetur exequi contenta in eis, etiam si ei non ostendatur Procuratorium: Pro quo facit prouisio & litteræ, nam pro habente dictas litteras præsumentur mandatum: latè Boeri. decis. 281. num. 7. Executantur igitur dictæ litteræ per executores offi. quibus diriguntur, vt sunt Alguazirij, Supraiunctarij, Portarij, & Virgarij. Exequitur idem Iudex, & maiori ratione, si vult, suam prouisionem.

- 3 † Non tamen fieri debet dicta executio prouisionis de capiendo per priuatas personas, licet in actu delinquendi possit priuatus capere: non tamen dictam prouisionem exequi iudex poterit, præterquàm per dictos officiales à For. constitutos:

argumento Fori Como circa la pu. nition. de Homici. versic. E do tal sententia. Molin. in verbo Capere. Et ideo suspecta videtur illa commissio, quæ solet priuatis dari ad capiendum condemnatos, contra dictum For. de Homici. cum ibi dicatur, esse capiendos per officiales, de Foro ad id constitutos. Nihilominus tamen huiusmodi litteræ, & commissiones ad capiendum condemnatos, indices conceduntur pro bono iustitiæ.

- 4 † Debet tamen Iudex concedens talem commissionem qui est ille, qui profidet in Regia Audientia, (quoniam ab alijs non solèr cõcedi) animaduertere, quod non eligat in commissarium ad capiendum dictum condemnatum, eum, qui est inimicus dicti condemnati: vt dicit Folleri. in titu. notatus capiat. num. 14. vide Iuli. Clar. commun. opi. verbo, Captura. Et ad validitatem dictarum litterarum facit Forus de processu contra fracto. inhibi. ibi. E commissarios dellos. Et Fori de Commissarijs. arguendo ab speciali, quia ibi in particularibus casibus prohibetur commissio: facit For. Quando bona. De empara. ibi commissarios. A quo possit capi de iure dictus Appellatus, ponit Bossius titu. de captura num. 11. Angel. de Malef. tit. mater. capturæ fol. 55. quæst. 9.

- 5 † De secundo, quando potest capere dictus Iudex, vel executor: Primò certum est, quod ante factam prouisionem de capiendo, non potest capi: & si fiat, liberatur captus per viam priuilegiatam: vt refert Molin. fuisse determinatum, & factum, in verb. captus. versic. decimo septimo Februarij. Certum



Centum etiam est, quod si dicta prouisio de capiendo est facta propter delictum, quod talis prouisio poterit quocunque die feriato, vel non feriato fieri. Si vero non propter delictum, sed pro debito, tunc executio capturae fieri non posset die feriato: de quo per Folleri, dict. tit. notatus capiat. num. 5.

6 † Et an si mandatus capi, habeat Guidaticum, iuxta For. de remis. & Guida, possit contra eum executari dicta prouisio de capiendo, de iure ponit plura Folleri, dicto tit. Notatus capiat. num. 8. & Bosius, tit. de Captura num. 33. Angelus in verb. Fama public. preced. versicu. quinto quæro. fol. 54. col. 3. De Foro in casibus, quibus dicta remissio, & Guidaticum locum habent, potest, pro solutione expensarum factarum in causa capi, dicto Foro de remis.

7 † Et an iurisfirma in limine captionis presentata impediatur dictam captionem: in hoc, si prouisio de capiendo est facta simpliciter, impedit; si non obstante firma est facta, tunc, si firma est communis, non impedit, si est ad casum, impedit dictam captionem: Molin. in verbo captus si est. cum sequent.

8 † De tertio, scilicet, in quo loco potest capere: In primis certum est, quod extra territorium non potest fieri captio, quia extra territorium, impunè ius dicenti non paratur. ff. de iurisd. et. omni. iudi. nisi fragante maleficio insequeretur, quia tunc, in territorio alterius posset capi ad finem remittendi illum, ad iudicem illius territorij: Molin. in verb. Remissio. Idem

videtur dicendum, si Appellatus in sequeretur: Bart. l. quis sit fugitiuus. §. idem. ff. de AEdil. edict. Folleri. in tit. Notatus capiat. num. 3. Bosius. tit. de Captu. num. 34. Angel. in verb. fama publi. preced. in mater. capturae, fol. 55. col. 4. Et sic, si Appellatus aufugiat ad locum Baronis, non posset ibi per iudices vniuersales capi, ex quo non est de eorum territorio, & sic tutus ibi remanet, donec sit lata sententia, quia ea lata, cum literis iuxta For. de Homici. extrahi poterit. Idem, si est Appellatus per ordinarium alicuius loci, quia ratione illius Appellatus, tutus manet extra illum territorium Appellat. donec sit lata sententia, quia vt dictum est, extra territorium non potest fieri captio, nec exequi prouisio dicti Appellatus captionarij.

9 † Intra territorium iudicis prouidentis Appellatum, potest fieri captio vbiq; & extrahi à quocunque loco, præterquam ab Ecclesijs, & palatijs Infantionum, à quibus non potest extrahi, præterquam in tribus casibus, scilicet, petitionis, de vna ex tribus, de quibus in For. de prodito. & si dubitatur, dum recipitur informatio, debet custodiri per Infantionem, & si noluerit custodire, extrahetur: Obseruan. r. de his qui ad Eccles. confug. & in casu furis manifesti, seu latronis & raptoris manifesti, scilicet, iuuenti cum furto, aut rapina: vt in Foris de Sacro Sanct. Ecclesi. de his, qui ad Eccles. confug. & immunitate Ecclesia. & in Obser. eiusde tit. Hodie verò, in omnibus casibus contentis in For. de Homici. non seruatur immunitas palaciorum, & domorum Infantionum, & refert Bages

*proditiōis*



super dictis Obseruantijs: ab Eccle-  
sijs tamen non est extrahendus, nisi  
in casibus a For. permisis, licet in  
eorum multis quis non gaudet im-  
munitate, de quo per Follerii. dict.  
ca. notatus capiat. num. 6. Angeli  
vbi supra fol. 55. col. 2. & Bossi. tit.  
de captura, num. 21. cum sequen.

10 + In Francia quia plures sunt ca-  
sus, in quibus quis non gaudeat im-  
munitate quos refert Gonnus tra-  
cta. de immunitate Ecclesia. & Co-  
uarru. lib. 2. resolu. cap. un. ideo  
indistincte ab Ecclesijs extrahon-  
tur, saluo iure restitutionis, casu  
quo sit cognitum, debere gaudere  
immunitate: vt dicit Rebul. i tho.  
pag. 26. num. 40. quod videtur  
esse bonum iustitiae, ne detur occa-  
sio delinquentibus aufugiendi. Dem-  
ptis ergo dictis Ecclesijs, & domi-  
bus infantionum, potest extrahi ca-  
piendus a quocunq; loco, & domo,  
& possent ad praedictum effectum  
frangi Foras domorum: vt refert  
dictus Follerii. dicto titu. notatus  
capiat. num. 4. & fieri inuestiga-  
tio domorum, inuitis dominis, ve  
ibi dicit Follerii. nu. 9.

11 + Verum est, quod capiendus  
pro debito civili non potest extra-  
hi a domo propria, quae est cuique  
tutissimum refugium. l. plerique. de  
in rus vocan. nisi pro debitis cen-  
sualium, aut commandatum, vel  
Albaranorum Mercatorum, & alijs  
debitis, quae quod ad priuilegium  
executionis, equiparantur debitis  
censualium sententiarum.

12 + Et quid de confugiente ad corpus  
Christi: an gaudeat ne immunita-  
te, ponit Bossi. dict. titu. de Ca-  
ptura, num. 29. cum sequenti. vbi  
etiam ponit de confugiente ad do-  
mum Praebiteri, seu ad domos par-

ticulares alicuius monasterij, vt sunt  
domus sanctae Cistinae, & Casar  
raugusta, de quibus in Obseruati-  
2. de his, qui ad Ecclesias confu-  
giunt.

13 + De quarto, scilicet, qualiter sit  
capiendus dictus Appelheatus, &  
taliter captus potest fieri, quod  
capiendus resistens, potest impunè  
offendi, & occidi, quando aliter  
capi non potest: quod qualiter pro-  
cedat, videndus est Follerii. dicto  
notatus capiat. num. 7. & Bossi. titu.  
de captura. num. 12. Angelus  
in verb. fama publica in materia  
captura, fol. 54. col. 2.

14 + Et iudex, & officialis capiens  
potest ad dictam capiendum effe-  
ctum implorare auxilium, & voca-  
care gentes, & eo voeferante. A. va-  
da al Rey, &c. tenentur eum iura-  
re, alias committitur resistens, ve  
refert Molin. in verb. Resistentia  
Qualiter, & quando potest dictus  
Officialis compellere gentes, viden-  
dus est Follerii. dicto Notatus ca-  
piat. num. 10. 11. 12. & 13.

Caput VI.

SVMMARIVM.

- 1 **R**EUS captus recta via  
ad carcerem est ducen-
- 2 **R**EUS si nondum natus fuerit infirmus  
excipiens Reum captum,  
vel se ipsum, e manibus iudicis seu  
Officialis, quae poena puniatur.
- 3 **R**EUS captus in carcere communi  
est detinendus, & non in For-  
salibus, quod limitatur: & obi-  
ter de crimine privati carceris.

Qualiter



- 4 Qualiter Reus, in carcere sit detinendus, & quod carcer qui sapit torturam est prohibitus.  
 5 De relatione quam officialis facere tenetur de die & hora, captura. & cap. sequenti. num. 7. & tribus sequent.



EO iam capto, quid faciendum sit per iudicem, seu officialem capientem, ponit Forus primus de custodia reo. & For.

Querientes. de offi. Cancellar. & alij Fori, quos refert Molin. in verbo Captus pro criminalibus. scilicet, quod recta via ducatur ad carcerem, vbi est detinendus, nisi captus esset infirmus, quia tunc esset mittendus, & custodiendus in aliqua domo: Obseruan. 2. de his qui ad Eccles. confug. aliàs vt officialis delinquens posset officialis puniri: non tamen ex dicta causa esset liberandus captus per viam privilegiam, vt refert ibi Moli.

- 2 \* Et si taliter captus, dum ad carcerem ducitur, per aliquem eximatur, qua poena tenetur eximens, ponit Bofsi. titu. de captura, num. 15. Ange. vbi supra num. 54. col. 4. & si idem captus se eximat, qua poena teneatur, an ex eo possit puniri, vel habeatur pro confesso de delicto, pro quo est captus, sicut si carcerem fregisset, vel dum ad supplicium ducitur, se eximit, iuxta Obseruant. 1. de prodito. & custo. car. dicendum est, vt per eundem Bofsium in dict. titu. de captura. num. 19. Molin. in verbo fractor carceris.

- 3 Eo ergo iam capto, & recta via ducto ad carcerem, mittendus est in carcerem communem villæ lo-

ci, aut ciuitatis, vbi iudicandus est: non tamen in Castro, Fortalicio, aut Aljafaria, nec alio loco ferrato, vt dicit For. 1. de custo. reo. & For. de la Prohibi. de Carce. refert Molin. in verbo Captus non debet. & in verbo in carcere communi. nisi essemus in dominis vassallorum, qui solent, & possunt mittere captos in sui Fortalicijs, vt permittunt dicti Fori. Et sic ex dictis Foris resultat Contraforus, si dictus captus non ponatur in carcere communi & resultaret crimen priuati Carceris: Quod quando committatur ponit Bart. in l. Capite quinto. ff. de adulte. Bofsius titu. de Carce. num. 26. Et committens dictum crimen priuati Carceris punitur poena Fori de Homici. Calataiu. col. 6. Molin. in verbo Carcer. versic. penul.

- 4 \* Posito dicto capto in Carcere, qualiter ibi & in quo loco dicte Carceris sit mittendus, & detinendus dictus captus: De primo loquitur Forus si. de custo. reo. Molin. verb. captus. versic. scilicet, quia si pro debito ciuili, quod detineatur cum grillo, & sine catena, si pro criminali, & venit ponenda poena mortis, apponatur catena, etiam vt ibi: Prædicta tamen regulatur à dispositione iudicis, vt dicit Forus fina. de Alqua. Locus verò Carceris non debet esse talis, quod sapiat torturam, cum à Foro tortura prohibeatur, vt in Priuileg. genera. §. Item q̄ turment. & debet esse talis Carcer, quod eo non obstante viuat carceratus: vnde consuetudo Ferrearū, & cauearū reprobat, vt per Felinū in c. ad corrigēdū. Bofsi. tit. de Carcere, nu. 3. vbi carpit Iudices, qui captos sinūt, vt vel feridi in Carcere vitā finiant, vel Carceris horrore, cū aduersarijs se cōponant.



carcer enim de iure civili datur ad custodiam, non ad pœnam, licet ut eunquē mala mansio dicatur, & sit, ut ibi per Bolsium in prin. & propterea quādoquē in tædiū datur, ut si pro debito capiatur, & ideo illo casu non debet dari captus sub fideiussoribus. Molin. verb. Carcer dicitur tædialis. licet asserat periculo iudicis posse dari, in verbo Capi non possunt mulie. in fin.

5. † Iā ergo reo misso in carcerē, & detento in loco debito dicti carceris per comentariensē, dictus Officialis capiens tenetur infra vnum diem naturalem facere relationē iudici providenti dictam captionem, qualiter ceperat captum dictum appellitatum, in vim dicti appellitus, & provisionis. Quam relationem tenetur facere, & debet continuari in processu dicti Appellitus, & provisionis, exprimendo in eadem, quō die fecerat captionem, si in eodem loco facta fuit captio, & si in alio loco facta fuit, tenetur continuari hora captionis, parum plus aut minus, & hora representationis, qualiter in vim talis provisionis ceperat captum tali die, & hora, & representauerat in carcere tali die, & hora; ut hæc omnia latē deducantur in For. De Volūtad. de Litib. abbre. For. Quando eunq; de Appelli. Molin. in verbo, Relationem debent.

Caput VII.

SUMMARIUM.

- 1. **D**e captura que fragante delicto fit.
- 2. **D**elictum fragans quando dicatur tam de iure quem de Foro. cum nu. 3.

- 3. *Fragante delicto captura per quos fieri possit.*
- 4. *Presentatio iuris firme in limine capture fragante maleficio facta an impediat reum ad carcerem duci: & respondetur cum distinctione, cum nu. 5.*
- 6. *Captus per priuatam personam fragan. delict. non ad carcerem sed ad officiales, est ducendus.*
- 7. *De relatione quam officialis facere tenetur qualiter fragante delicto Reū capit: & nonnulla dicta relationem concernentia cum tribus num. sequen. & supra Cap. proximum. 5.*



Vpradicta sunt animaduertēda in captione, quæ fit præcedente Appellitu: tamen ut dictum est per dictum Forum. El señor Rey. de Appelli. captio etiam fieri potest in fragantia delicti. Nūc igitur de dicta fragantia dicendum est.

2. † Fragante maleficio, potest quis etiam capi, sicut præcedente Appellitu capi potest, ut dictum est, per Forum. El señor Rey. de Appelli. Circa quā delicti fragantiam sunt plura consideranda: Primō, quando delictum dicatur fragans? Huic quæstioni in terminis iuris respondent Ioannes Andr. & Afflict. in constitutu. Iustitiani, quos refert Foller. in titu. Item, qui fuit captus in fraganti crimine, nuti. 9. pagin. 214. asserentes delictum esse fragans, & quem esse captum in delicto fraganti, quando in ipso actu deprehensus est, vel circūcirca, ut quia reperitur cum ense euaginato sanguinolento, ut dicit Bald. in l. heq; natales C. de proba. quem ad hoc ptopositū citat Mol.



Moli. in verbo fragantia versu-  
lo fi.

† De foro dicitur delictum fra-  
gans non tantum eo modo, quo de  
iure, sed & post perpetratum de-  
lictum intra quatuor & viginti ho-  
ras, ad predictum effectum capien-  
di: iuxta Fo. Quandoquæ. de  
Appelli. & Fo. i. de Supra iuncta.  
quos, & alios citat Moli. in verbo  
Fragantia. in principio.

Alijs etiam respectibus dicitur de-  
lictum fragans arbitrariè, puta ad  
effectum interrogationis, Fo. De  
interroga. prohibi. & quoad alium  
effectum dicitur fragans, intra quin-  
decim dies: quæ omnia refert Mo-  
li. in d. verbo fragantia. Ad effectum  
tamen capiendi consideratur, dictum  
tempus viginti quatuor horarum,  
ut dictum est.

4 † Secundo est videndum, per quos  
possit capi delinquens fragante ma-  
leficio: & si consideremus fragan-  
tiam prout de iure, scilicet, quando  
in ipso actu est deprehensus delin-  
quens, vel cum aufugit cum ense e-  
uaginato, & sanguinolento, & fit vo-  
ciferatio, ad traditorem, vel latro-  
nem. &c. Tunc potest capi a quo-  
cunq; siue officiali, siue privata per-  
sona: Bal. l. fi. C. de exhiben. reis.  
in l. raptores. C. de Epis. & cleri.  
Foller. dict. titu. Item quod fuit  
captus fraganti crimine. nu. 5. pag.  
214. De Foro est idem: Molin. in  
verbo Captus. vers. capi potest cri-  
minosus: & in verbo fragan. vers.  
fi. Si verò consideratur fragantia,  
prout de Foro, intra viginti qua-  
tuor horas, potest commissum de-  
lictum, ita quod iam non sumus in  
actu, sed post actum, & durat odor,  
& fragantia delicti. tunc tantum po-  
test capi per Officiales, ad quos per-  
tinet, quia Privatis tantum permit-

titur capere deprehensos in ipso a-  
ctu, vel circuncirca, ut dictum est;  
Moli. d. verbo fragantia versu-  
lo fi.

5 † Tertio est considerandum, si cap-  
tus in fragantia presentat firmam,  
in limine captionis, si ea non obsta-  
te, possit ad carcerem duci: & distin-  
guendo casus, Primus, & indubita-  
bilis est, quando est captus in actu,  
& est manifestum, & Notorium, &  
sumus in casu, quo per privatas per-  
sonas capi possit, tunc, non obsta-  
te quacunque Firma, talis delin-  
quens est ducendus ad carcerem, quia  
eo casu omnia iura proclamant cõ-  
tra delinquentem, & in hoc Noto-  
rio ordo est, ordinem non servare,  
& de iure talis esset dånandus absq;  
processu: Foller. dict. tit. pag. 214.  
& in tali casu Notorio, & manife-  
sto non debet locum habere Iurisfir-  
mæ ut in Privileg. gener. & sequeretur  
absurdum, quod posset privatus il-  
lud, quod non posset Officialis, nam  
privatum nõ impediret firma, quia  
non dirigitur contra eum, & impe-  
diret officialem: & sic si firma ar-  
ctaret, posset privatus capere illum,  
quem officialis non posset capere,  
quod est absurdum.

6 † Alter casus est post factum de-  
lictum, durantibus viginti quatuor  
horis, quod est tempus fragantiæ, &  
tunc, si fama est vehementissima, &  
odor, seu fragantia, quod Titius oc-  
cidit, seu vulneraverit sempronium,  
& Titium aufugientem, seu absco-  
ditum ceperit iudex, seu officialis,  
tunc, non obstante firma, posset ca-  
pere, quia potest officialis ex offi-  
cio, quod posset ad instantiam par-  
tis. Illa fama, & fragantia haberet lo-  
co probationis, & sicut si instante  
parte, iudici per famam de delicto  
constaret, posset capere non obsta-



te firma; pari ratione, durante tempore, quo vti potest iudex officio suo. Quando verò iudex vagando inquit de delicto commisso, & non viget fama, & odor magis contra vnum, quam contra alium, saltem non est vehemens illa fragrantia, tunc posset probabilius dubitari, non obster firma: Et quasi officialis non concludit in relatione de fragranti delicto, liberatur captus, curant officiales capere, in casu, quo fragrantia viget, & firma non obster & sic captioni, quæ fit in fragrantia, non obstat firma, & hoc iure vti-mur.

- 6 † Quarto considerari debet, quid agendum sit per capientem in fragrantia, nam si est persona priuata, qui delinquentem ceperit, tunc ille non debet captum à se, ducere ad carcerem, sed tantum ad officiales, qui dictum captum ad carcerem ducunt, vt dicit Folle. & docto, per eum relati in dict. titu. Item quod fuit captus in fragran. & Moli. in verbo capi potest criminofus. attestatur. & dicti officiales captum à se, vel priuatis personis tenentur in carcerem mittere dictum criminofum, & carcerario, seu commentariensi committere, † Et de his relatione facere intra vnum diem naturalem qualiter fragante crimine dictum captum ceperat, iuxta dictum Forum. De voluntad. de Litib. abbrevi. & dict. Forum. Quando cumq. de Appelli. † Tamen circa ista relationem debent dicti officiales, & executores animaduertere, quod tenentur illam claram, & concludentem facere, quoniam eorum relatio dicto testium equiparatur. Bar. l. 4. §. Prætor ait ff. de dam. infect. Deci. inc. quoniam contra n. 12. de proba. Et ea de causa fuerunt

plures liberati per viam priuilegiatam, propter Officiales dicentes in relatione, quod ceperunt talem in fragrantia talis delicti, & in expresse relatione fragrantie non concludebant necessario ad delictum fragans: & propterea fuerunt liberati, ex quo attenditur in relatione eorum ratio, sicut in dicto testis. † Item circa dictam relationem est sciendum quod illam semel factam non potest corrigere dictus officialis, seu executor: Cassane. in consuetu. Burgun. Fo. 8. n. 32. & an sit standum dictæ relationi, & plura circa relationem ponit Foller. titu. fiat relatio nunciij. pag. 74. Quid circa iudicis relationem, Moli. in verbo Relatio. Docto. in c. quoniam contra de Proba. † Ad vnum est etiam aduertendum, quod licet per dictos Foros supra citatos debeat fieri dicta relatio intra vnum diem naturalem, si non fiat, non tamen ex eo locum habet liberatio per viam priuilegiatam, quia illa via est exorbitans, priuans iudicem à possessione personæ captæ, absq. causæ cognitione, nec vocatione, ideo dicta via priuilegiata locum non habet, nisi in casibus à Foro expressis, & cum hic non sit ex illis, non habebit locum in eo dicta liberatio. Bene tamen Officialis castigabitur, vt delinquens in officio, si intra vnum diem iuxta forum, non fecerit dictam relationem.

## Caput. VIII.

### SUMMARIUM



Epititione criminali que ab Accusatore est offerenda.

Petitio



- 2 Petitiō criminalis que continere debeat, & quod ea sustinenda est etiam per verborum improprietationem.
- 3 Considerantur nonnulla circa dictam petitionem criminalem.
- 4 De diebus feriatis in quibus dicta petitiō criminalis offerri non potest.
- 5 Petitione criminali intra tres dies, non oblata liberatur, reus per viam priuilegiatam.
- 6 Adeo petitiō criminalis intra tres dies, est offerenda, vt contrarium per statutum disponi non possit.
- 7 Petitiō criminalis coram iudice, & in iudicio est offerenda.
- 8 Antea Accusato presente petitiō criminalis erat offerenda: hodie, secus: & de vtriusque ratione cum nu. 9.
- 10 Delictis contentis in petitione non probatis, an possit sequi condemnatio pro delictis contentis, in additionibus, que probata fuerunt.



**A**CT Aprovisione de capiēdo, & illius executione, ac relatione dicte executionis, sequitur de petitione, que est offerenda ab Appellitante, vel si facta est captio in Fragantia, ab eo, qui ex delicto dicte Fragantie est damnificatus, vel potest quivis alius, intra tempus, quo est offerenda petitiō, omisso delicto Fragantie, pro

suo interesse appellitarem, & facere, dictum captum in Fragantia recomendare.

2 **P**ETITIO enim continere debet nomen iudicis, Actoris, & Rei, Factum, & sic causam petitionis, & petitionem, seu conclusionem: vt per Specul. tit. de libelis concep. Maran. de libelli. obla. fol. 180. Hæc in quocunque libello requiruntur: In criminali tamen alia solennitas requiritur, scilicet, legis Libellorum. De accusa. ff. glo. in l. in causis eo. titu. videlicet, Locus commissi criminis, Annus mensis, & indictio: de quo per Maran. ibi. Sed per Obseruan. Regni hæc solennitas est sublata: Obseruan. final. de equo vulnera. Molin. in verbo Petitiō criminalis. Requiritur de Foro alia solennitas, à iure non excogitata, scilicet, quod dicta petitiō subscribatur, & firmetur nomine proprio, & cognomine ipsius Aduocati, seu procuratoris, vel exponentis, vt in Fo. de For. subla. Quæ petitiō per dictum Forum iustineri debet, si quoquomodo intentio libellantis, etiam per verborum improprietationem comprehendatur, si modo prædicto firmata fuerit.

3 **C**IRCA dictam petitionem, modo prædicto conceptam, sunt plura consideranda, Primò, quod offeratur intra tres dies vtilis, connumerandos à die captionis, quando est captus in eodem loco; aliàs, à die representationis, quando est alibi captus: Molin. in verbo Petitiō criminalis. versiculo si, & in processu absentie, connumerandos à die quo



quo est reputatus contumax, ut dicitur, quando de dicto processu tractabitur. Alias, si intra dictos tres dies, non offeretur petitio, liberabitur captus a captione, qua detinetur in vim dictae captio- nis: secus a recommendatione, si illa sit facta intra tempus, quo ad- huc legitime in carcere detine- tur. Haec probantur in Fo. De voluntad. de litib. abreu. & in Fo. Quandoquaque de Appelli. & in Fo. nouo de modo, & for. procedendi in crimin. Molin. in verbo petitio criminalis, versicu- lo primo.

4 † EX his tamen, quae dicit Fo- rus de ferijs. & Molin. in verbo Petitio. versiculo secundo: Potest dubitari, qui sint dies Feriati, quod ad oblationem petitionis, nam li- cet per Fo. Reginae Germanae po- ssit dici, quod omnes dies, qui quoad alios effectus sunt Feriati, erunt similiter Feriati, quoad obla- tionem petitionis, sed determina- tio quam refert Molin. in dicto versiculo Secundo, quod dies in- uentionis Sanctae Engratae, non erat Feriatus, quoad dictam obla- tionem, videtur rem facere du- biam. Veritas tamen est quod di- es alias Feriati, sunt etiam Fera- ti, quoad dictam Petitionis obla- tionem, & hoc iure utimur, & determinatio non videtur obsta- re, quia facta ante editionem di- cti Fori Reginae Germanae, qui fuit conditus anno. 1512. & de- terminatio fuit anterior.

5 † Offerenda est igitur petitio intra tres dies iuridicos, alias li- berabitur captus per viam priuile- giatam: ut in dict. Fo. Quando- cunque. de Appelli. & Fo. De vo- luntad. de litib. abreu. & Fo. dema-

nifest. perso. Calataiub. & Fo. E- porque de Procur. Abstract. & ali- bi. Quod procedit, quando est cap- tus pro delicto; secus si pro debito- ut refert Molin. in verbo Petitio criminalis. vers. i. in fi. & in verbo Captus. & in alijs casibus, quos refert ibi Molin. quibus asserit, non es- se opus petitionem offerre.

6 † Et ad eo in causa criminali est offerenda petitio intra tres dies, quod si fuerit statutum per vniuer- sitatem quod possit petitio offerri intra sex dies, non valeret tale sta- tutum: ut refert Molin. sic fuisse de- terminatum in verbo Petitio cri- minalis debet offerri. de quo latius dicitur super Processu factoin vim Statutorum.

7 † Secundo est aduertendum, quod dicta petitio, quae intra tres dies, est offerenda, debet offerri coram iudi- ce, & in iudicio, & in dicto processu quo est facta relatio captio- nis. Haec probantur in dicto Foro. De voluntad. de litib. abreu. & in Fo. Cosa muy necessaria. De manifest. perso. in quo Fo. disponitur, quod est offerenda petitio in iudicio, & sic coram iudice: & in dict. Fo. De voluntad. asseritur, quod offeratur in dicto processu, quo facta fuit re- latio, & de his constare debet in a- ctis, ut liberatio per viam priuile- giatam locum non habeat; alias li- beretur captus priuilegiate per di- ctum For. Cosa muy necessaria. de manifest. perso. Et haec non immu- tantur per Foros nouos, ut refert Michael Ferrer, in suo methodo super criminali. fol. 47. in princi- pio.

8 † Est etiam aduertendum, quod di- cta petitio erat olim offerenda in iudicio, capto praesente, & sic extra- hebatur captus a carcere, & vinctus duce



ducebatur ad iudicium, vt eo praesente, posset offerri petitio: quod futurum erat, nisi dictus captus fuisset manifestatus, aut datus sub fide iussoribus, aut loco carceris fuisset domus aliqua illi assignata, quibus casibus poterat offerri capto absente: vt in dict. Fo. Cosa muy necessaria.

9 † Hodie ista per foros novos non seruantur, non enim extrahitur a carcere, vt offeratur coram capto in iudicio petitio, sed eo absente offeratur: & potest esse ratio, quia sicut olim, quando manifestabatur, poterat offerri eo absente; similiter hodie, cum habeatur pro manifestato & casus verus, & fictus aequiparentur a foro, consequenter dispositum in calu vero, locum habebit in casu ficto: c. ad Audientiam c. cum dilectus de cleri. non resid. l. cum in adoptiuis. C. de adoptio. Soci. cons. 260. nu. 91. Licet in actis soleat protestari, quod offeratur capto absente cum protestatione, quod non currat tempus ad offerendum illam capto praesente: sed haec protestatio necessaria non est, nec operatur aliquid per supradicta.

10 † Potest etiam dubitari, cum per dict. Fo. de mo. & for. disponatur, quod in dicto processu criminali, ante publicationem, possunt vna, & plures additiones dari, si non probatur delictum contentum in petitione, & probentur delicta contenta in additionibus, de quibus fit pars legitima ad accusandum accusator, an pro delictis contentis in additionibus possit condemnari accusatus, non probatis delictis, contentis in petitione, quae fuit oblata intra tres dies: In hoc varie extitit iudicatum tamen videtur dubium, quod pro

illis delictis non contentis in petitione, sed in additionibus tantum possit condemnari: Quonia: quot sunt delicta, tot sunt accusationes. l. scire debemus. ff. de verbo. obliga. vbi notatur per docto. Sed sic est, quod in qualibet accusatione debet offerri petitio intra tres dies, alias, processus est nullus; ergo videtur, quod pro delictis, pro quibus non est oblata petitio, non possit ferri sententia, & sic quod praedicta delicta contenta, & probata in additionibus, solum conferant ad agrauandum delictum, contentum in petitione, quod videtur verius.

## Caput. IX.

### SUMMARIUM.

- 1 **D**E Reorum interrogacione, quando & per quem fiat & de intellectu, For. i. de mo. & For. proceden. in crimi. cum. nu. 2.
- 3 Reus interrogatus respondere recusans habetur pro confesso.
- 4 Qualiter Reus interrogatus possit compelli ad respondendum & an ex sola Reiconfessione sequi possit condemnatio.

**O**BLATA petitio, primus actus, qui sequitur, est Interrogatio, capti super contentis in petitione, quae interrogatio facienda est intra duos dies post oblatam

pe



petitionem: vt dicit Fo. de modo, & For. procedend. Molin. in verbo Interrogatio. versiculo Secundo, nec ante illam factam est edenda petitio accusato, nec ei copia danda, ne instruat: Obseruan. fi. de postulan. Bar. in l. si postulauerit. §. *Quæstioni*. De adulteri. Molin. in verbo interrogare debet.

2 † Hæc interrogatio fit à iudice, per buccam Assessoris, & ita practicatur. & intelligitur Forus de modo & For. proceden. licet quoad carcerem manifestatorum, aliter sit intellectus dictus Forus, quia non fit in eo intrare, Calmetinam ad interrogandum. Assessor tamen Regentis, solus sine Regente solet dictam interrogationem facere, cum ipse, & Regens Cancellariam, soli, nomine Locumtenentis, & Regentis, respectiuè iurisdictionem exerceant. Si tamen Iudex non habet Assessorem, facit illam Iudex cum eius Notario præsentate iurato, in tus dictum carcerem: vt hæc late in dicto Fo. de modo & For. proceden.

§ † Circa dictam interrogationem est considerandum, quod si dictus accusatus nolit respondere interrogationi factæ, debet Iudex sequendo ordinem traditum ab Obseruan. Item nota. La grande, de Postulan. illum monere ter de die in diem, & si monitus respondere recusat, habebitur pro confesso, iuxta l. de ætate §. Qui tacuit. ff. de interrogat. actio. Bages super d. Obseru. i. de confess. Hæc interrogatio olim locum non habebat facta manifestatione. Fo. 2. de manifest. perso. Calataiub. sed hodie indistinctè locum habet dispositio dicti Fori de modo & for. proceden.

circum dictam interrog. Qualiter etiam interrogatus, qui respondere tenetur, possit compelli. ponit Alexander. in l. si finita. ff. de dam. infec. Et qualiter se debeat habere in interrogatione ad finem eruenda veritatis, an possit decipere interrogatum, siue accusatum, terrendo, vel aliàs, spondendo, & plura de his ponit Bossi. tit. de exami. reorum, pag. 136. Et si respondendo interrogationi, confiteatur delictum an ex eo solum possit condemnari: Cærum est, quod non nisi de dicta confessione fiat fides, cum sit facta extra iudicium, & admittantur eius defensiones super ea, vt infra dicitur, non enim isto casu sumus in terminis, Fo. de confess. & reper. cum fur. Obseruan. Item nota. La grande, de Postul. Molin. in verbo interrogatus licet confiteatur & in verbo confessio extra iudicialis. De iuribus huius confessionis factæ interrogationi, ponit plura Bossius tit. de respon. a reo facien. pag. 139.

## Caput. X.

### SUMMARIUM.



Acta interrogatione datur reo petitionis copia & tunc proponit Reus exceptiones fori declinatorias.

Facta interrogatione datur licentia litigandi per procuratorem. & ibi de procuratore in causa criminali.

Facta



3 *Facta interrogatione dari potest reus sub fideiussoribus, seu ad capleutā, & non ante, & an, & quando de iure Reus sub fideiussoribus, sit à carcere relaxandus.*

4 *De Foro id Iudicis arbitrio relinquatur.*



Acta interrogatione, tunc dari potest copia petitionis accusato, quæ antea dari non poterat, ut dictum est, & propterea poterit habita dicta copia, proponere reus suas exceptiones For. Declina. nam antea propter ignorantiam non poterat, & exceptio, quæ non venit ad notitiam, potest, quando cunque perueniat, proponi. l. si. si. à non compe. iudi. C. Bages in Obseruan. Item de consuetudine, de For. compe. ubi etiam dicit, quòd, cum necessario teneatur interrogationi respondere, alias habetur pro confesso, nimirum, si postea potest declinatoriam proponere: de quo meminit Molin. in verb. Exceptio Fori Declinatoria. licet ipsa soleat dictam interrogationem impedire: d. Obseruan. Item de consuetudine. de For. Compe. Molin. in verbo Interrogatio. & in verbo Exceptio Fori Declinatoria. tutius erit, si cum protestatione, quòd non intendit in Iudicem consentire, dicta responsio fiat.

2 † Item facta interrogatione, datur licentia litigandi per Procuratorem, ut dicit Foro De Modo, & Forma. Et si petit Aduocatum, debet sibi dari, alias processus esset nullus; vide determinationem relatum per Molin. in verbo Processus est nullus. Crederem tamen,

& ita utimur, quòd Procurator capti potest comparere, post quam est Appellitus executatus, & petere illius reuocationem: ante verò quam sit executatus, nec perse, nec nec per alium peti potest reuocatio illius: Molin. in verb. Appellitus criminalis. vers. die. 2. Octo.

3 Item facta interrogatione, vel lapso termino ad interrogationem faciendam, potest captus dari sub fideiussoribus, non ante: For. fin. de Manifest. perso. Montiso. Sed potest ne dari captus sub fideiussoribus? regula est, quòd potest dari: Obseruan. Pœnul. de satisfdan. Contra de iure, quando est imponenda pœna corporis afflictiva. Iuli. Clar. commu. opini. verb. Reus non est. vide Menoch. de arbitra. casu. 303. Maran. de satisfdatione, exceptis casibus, de quo est etiam Obseruan. Item quod ibi dicitur. Interpre. qualiter & in quib. & Obser. Item nota, quòd in causa criminali. de Homici. Hodie in casibus Procuratoris Astricti non potest dari, saltem ante publicationem accusantis: Fo. En que casos el Manifest. puede ser dad. à cap. 1528. iuncto For. de Capleu. de perso. de anno 1552. in reliquis arbitrarium esse consuevit. De iure circa hæc ponit plura Angel. in dict. verbo Fama publi. fol. 37. quæst. 10. & 11. fol. 51. quæst. 4. Foller. pag. 457. Marant. de ordine iudi. titul. de satisfdatione, fol. 186. numer. 4. Bossius titul. de Carcerato fideiussor. Commiten. ubi plura de his, & dictis capleuatoribus.

4 † Et cum de Foro, aut saltem de consuetudine sit arbitrarium dare captum ad capleutā, superuacanea est



in Aragonia examiuatio quæstionis quam ponit Angel. vbi supra fol. 55. Si dandus sub fideiussoribus, possit detineri in carcere, ad finem detegendi socios criminis.

5 † Item facta interrogatione, solent, & possunt à Reo proponi omnes exceptiones, impediens litis ingressum: vt sunt iudicis in cōpetentia, vt dictum est, Partis non legitimæ, Rei iudicatæ, transactionis, remissionis, nullitatis processus, & similia: de quibus, & aliis quam plurimis ponit Folleri. titu. Audiantur exceptiones proponendæ per reos pag. 147.

6 † Quandoquæ tamen captus, omissis his, quæ iuris sunt quia fortè sibi non competunt, conuertit se ad ea, quæ sunt facti, & sic ad carceris fractionem, & ab eo se liberandum. Effracto carcere, dubitari potest de pœna illius, qui effracto carcere aufugit: de quo est Obseruans 1. de prodito. & custo. carce. Mol. in verbo Fractor carceris. ponit plura Bossius titu. de carcere. num. 42. & in effectum est, quòd dictus fractor carceris habetur pro confesso de criminibus, quibus accusatur. Quid de fractore arecti? Ioannes Andre. in additioni. ad Specul. tit. de præsumptioni. & Archi. in cap. vt commissi. de hæreti. in 6. dicunt, idem esse, quod in fractore carceris.

7 † Et si dictus captus aufugiat ad Ecclesiam, an gaudeat immunitate Ecclesiæ, ponit Boeri. decis. 110 Goni. in tracta. de immunitate Ecclesiæ in limitatio. Et si captus aufugiat animo reuertendi, an dicatur fractor, Molin. in verbo Fractor carceris. Folleri. pag. 651. numer. 102. & si

vadit ad superiorem, an dicatur fractor, ponit Baldus in. l. quis sit fugitiuus. de ædili. edict. Et quando dicatur fractor carceris, & de illius pœna, ponit Bossi. dict. tit. de carcere, num. 4. cum sequen. Angel. in verbo Fama publica præceden. fol. 59. pag. 487. num. 9 & sequen.

8 † De cōmentariense, seu carcera rio, qua pœna teneatur propter fugam carcerati, & de eius officio, & quando teneatur, si captus in carcere moriatur, ponit idem Bossius d. titu. de Carcere Angelus in d. verb. Fama. fol. 59. & per Doctores in. l. ad cōmentariensem. ff. de custo. Reo. & in d. tit. ff. & C. de Custo Reo. Folleri. pag. 456. † Et captus pro vno delicto, an & quando poterit pro aliis criminibus recōmendari? De foro certum est, pro quocunquæ posse recōmendari, seruatis solennitatibus foralibus de secundo, & tertio accusato, si tempore recōmendationis, iustè ad huc in carceribus detinebatur; alias, non: per quæstionem Bartoli sextam, incipientem lopus. de iure videndus est Angelus in dict. verbo Forma. fol. 55.

## Caput. XI.

### SUMMARIVM.



1 Accusator quando, & intra quòd tempus teneatur probare contenta in petitione.

2 Delicta quot modis probentur.

De



- 3 De confessione delicti in iudicio facta, & quod circa eam ius commune, & Fori non discrepant.
- 4 Neq; etiam discrepant circa confessionem delicti extraiudicialem coram Iudice tamen factam.
- 5 Confessio mere extraiudicialis, de iure delictum non probat.
- 6 De Foro tamen sufficiens est, vt ex ea sequi possit condemnatio, etiam ad pœnam ordinariam.
- 7 De Foro due semiplene probationes seu testes singulares coniunguntur, vt probent in criminalibus, de iure secus.
- 8 De probatione delictorum quæ fit per testes, multa remissiuæ cum numer. 9.
- 10 Instrumentis delicta, an & quando probari possint.
- 11 Delicta probari etiam per argumenta.
- 12 Præsumptionibus delicta, quomodo probentur.
- 13 Indicia etiam delicta probant, & ea quotuplicia sint.
- 14 Ennumerantur multa indiciorum exempla.
- 15 Ex Indiciis vix potest sequi condemnatio ad pœnam ordinariam, nec corporis afflictiuam. De Foro Tamen etiam si non sit plena probatio, solet fieri condemnatio ad exilium perpetuum, cum mortis comminatione.

rere tempus ad offerendum petitione, ab eo namq. termino tenetur probare, & publicare intra viginti, & quinque dies, vt dicit d. Fo. de Mod. & For. Proceden.

† Delictum si quidem, vt elicitur ex. l. 2. C. quorum appellationes nō recipiantur, potest probari testibus, instrumentis, confessione, argumentis, præsumptionibus, vel iudiciis. Vel breuius, vt dicit Bossius titul. de conuictis pag. 155. dupliciter potest probari delictum, scilicet, per confessionem, vel conuictionem; per confessionem, vt si sponte in iudicio confiteatur; per conuictionem, vt si conuincatur, & agatur testibus, instrumentis, iudiciis indubitatis, vel argumentis.

† Probatur igitur confessione delictum, si facta fuerit in iudicio, quia talis confessio dicitur releuamen probationis: de huiusmodi confessione, loquitur For. de Confess. & reper. cum fur. Et quò ad hanc confessionem iudiciale, non videtur esse differentia inter Foros, & ius scriptum; de qua iudiciali confessione loquitur Bossius in titul. de Confess. pag. 150. vbi loquitur de eius effectu, & de ea, quæ fit coram Iudice in competenti. & in processu nullo, De facta per errorem, & si potest errorem corrigere, Iulius Clar. commu. opini. verbo Reus si velit. & de facta metu, vel cum doli circumuentione, & qualiter cū ea sola potest sequi condemnatio, vide Iulium Clar. communi. opini. verbo, Reus potest etiam sicut de Foro: & circa præmissa, & alia multa, videndus est Foller. titul. Et si confitebuntur. pag. 29. Carrer. in titul. seu verbo voce propria confessus. super dict. l. 2. Quorum appellationes non recipiantur. fol. 75.

**I** præmissa non obstant, & proceditur ad vltiora in causa, tenetur accusans probare contenta in petitione, & additionibus intra viginii & quinque dies, computandos à die captionis, vel repræsentationis, vel die, quo reputatus est cōtumax, & sic à die, quo incipit cur



4 † Alia est etiã confessio extra iudicialis, & tunc, aut de ea cõstat in actis processus, vt est illa, de qua in Fo. de mod. & For. proceden. quando captus interrogatus in carcere respõdet confitendo. Ista est confessio facta coram Iudice, extra tamen Iudicium, & quò ad illam, similiter nõ est differentia, quò ad ferendam sententiam, & condemnationem, in vim illius, inter foros, & ius commune: de ea loquitur Bossi. de responsio. à reo facien. titulo, pag. 139. de qua dictum est supra in interrogatione.

5 † Alia est etiam coniesio extra iudicialis, quæ neq. est facta coram Iudice, nec de ea constat in actis, sed accusans intendit illam probare per testes, & de ista loquitur Obseruan. 3. de confes. Et hæc confessio maiorem vim habet de foro, quàm de iure, nam de iure, confessio facta absente parte, quantumcumq. sit legitimè probata per plures testes, talis confessio non probat delictum, sed tantum facit Indicium: de qua loquitur Paul. de Cast. in l. 1. de confes. Iasson in l. Admonendi. Hipoly. in l. 1. colum. 6. de iurisdic. omnium iudi. Panor. & alij, in cap. at si Clerici. de iudici. & Folleri. in d. titul. & si confitebuntur. vbi loquitur plenè de vtraq. confessione, & iudiciali, & extra iudiciali. De iure Canonico dicit Areti. consil. 60. quem refert Maran. titul. de confes. fol. 203. numer. 19. quòd talis confessio, dicta parte absente plenè probata, probat plenè, iuxta Obser. Regni, de qua infra: verum est, quòd de iure propter illam cõfessionem posset extra ordinariè castigari. † De foro tamen, per hanc confessionem extraiudicialem, quantumcumq. parte absente factam, si

legitimè probetur, potest sequi condemnatio ad pœnam ordinariam, per dict. Obseruan. 3. de confes. De iure vide plura per Aymo. Publi. super consue. Alber. fol. 20. & 21. vbi de vtraquè confessione iudiciali, & extra iudiciali, qualiter per illam probetur delictum.

7 † Præterea est & aliud specialius de foro, quia de iure semiplenæ probationes nunquam coniunguntur in criminalibus, vt per Iass. & alios in l. Admonendi, & sic, si vnus testis attestetur de confessione facta in platea, alter de facta alibi, de iure non est probata confessio, nequè, ad iudicium. Maran. de ordi. iudic. titu. de confes. numer. 14. fol. 285. & tamen de Foro, cum istis duobus testibus singularibus infurcatur homo: Moli. in verbo, confessio accusati de crimine, quod videtur fortissimum.

Probat igitur delictum, vel per confessionem iudicialem, vt dictum est, vel per conuinctionem: conuincitur, vt dictum est dictus accusatus testibus, instrumentis, argumentis, præsumptionibus, & iudiciis.

8 † Testibus namquè probatur delictum, nam regula est, quòd per duos testes debet probari, cum in ore duorũ, vel trium &c. in omni negotio. l. vbi numerus De testi. & isti duo testes sufficiunt etiam cõtra Papam. Aliquando tamen vnus sufficit, quandoquè duo non sufficiunt: & debent esse omni exceptione maiores. Qui sint isti testes, & quando etiam inhabiles admittantur, non tamen inimici; & qualiter quò ad offensam etiam non interrogati tenentur rationem reddere, vt probent, lecus, quò ad offensam, hæc & plura ponit Carrer. in verb. ibi testibus superatus. fol. 71.

† Quan-



9 † Quando testes possint compelli  
testificari, & quomodo, possint euo-  
cari de loco ad locum, & de quibus  
debeant interrogari; & qualiter cap-  
tus, de quo deponitur, est eis exhi-  
bendus, si petant; & an super eorum  
ætate sint interrogandi; & qualiter  
debeant deponere, si non cognoscūt  
partes; & se possint referre ad eorū  
primum dictum; & an possint cor-  
rigere dictum suum, vel declarare;  
& si primò per verbum, Credo, po-  
stea affirmatiuè deponant, an eorū  
dicto sit standum, vel an possint suo  
dicto addere; & qui dicantur testes  
varij, & vacillantes; & an sit dandus  
saluus conductus, prout de For. de  
Homici. Calataiub. & à quibus de-  
beant salarium habere: hæc omnia  
& plura alia ponit Folleri. titu. Cā-  
piat informationem. pag. 14. Bossius  
titul. de conuictis, & timen. Iudi.  
consil. & in titul. de publi. pro-  
cess. pag. 426. aliquid per Molin.  
in verb. Testes. Per quem sunt te-  
stes examinandi in criminalibus: A-  
uenda. de exequend. manda reg. lib.  
2. c. 17.

10 † Probari etiam potest delictum  
per instrumentum: ponit Bages in  
Obser. Item quod ibi dicitur, quòd  
in omni petitione. interpreta. quali.  
& in quib. in fi. vbi allegat plura iu-  
ra ad probandum, quòd delictum  
potest probari per instrumentum. l.  
sciant iuncti. C. de proba. vbi Bal.  
dicit probari delictum testibus, vel  
instrumentis, iuxta dict. l. 2. C. quo-  
rum appella. non recipiantur. In-  
strumentis ergo probatur delictum,  
sed illa probatio non est ad pœnam  
ordinariam: Roma. consil. 349.  
& ibi addi. iuxta dictam l. 2. Bos-  
sius titu. de conuictis. nume. 63. ve-  
luti, quando facere instrumentum  
est delictum, vel quando de conspi-

ratione esset factum instrumentum:  
vbi tamen quis vellet probare ho-  
micidium, vel furtum per instru-  
mentum, non posset: vt ibi Bossi.  
Carre. in tex. ibi, instrumentis pro-  
ductis. fol. 76. vbi etiam, an per in-  
strumenta pacis, & similia probe-  
tur delictum: non tamen probatur  
delictum per scripturam priuatam,  
licet recòditam in Archiuo, Aymo.  
de Antiqui. fol. 52. nu. 3.

11 † Probatum etiam argumentis de-  
lictum, nam argumentis quis in cri-  
mine multum atroci conuincitur.  
cap. 1. de Homi. Aretinus cap. ter-  
tio loco. de præsumptioni. Deci. con-  
sil. 189. colum. 2. & 3. Bossius titu.  
de conuictis. numer. 55. & quod di-  
citur de argumentis, dicitur de indi-  
ciis, vt ibi per eum.

12 † Præsumptionibus etiam pro-  
batur delictum, & si est talis præ-  
sumptio, quòd super illa ius dispo-  
nat, potest iuxta dictam dispositio-  
nem fieri condemnatio ad pœnam  
ordinariam delicti: Secus, si lex su-  
per tali præsumptione non dispo-  
nat, sed remittat onus Iudici, vt ha-  
bita consideratione ad circumstan-  
tias, præsumat plus, aut minus: tunc  
ferri potest sententia condemnato-  
ria, sed non ad pœnam ordinariam:  
Bossi. dict. titu. de conuictis. nu. 29.  
cum sequen.

13 † Indiciis similiter potest deli-  
ctum probari, licet indicia, & argu-  
menta pro eodem supponant: Bossi.  
de indiciis. col. 1. & vbi supra. Quæ-  
dam tamen sunt indicia indubitata,  
& cum illis potest ferri sententia ad  
pœnam ordinariam; si verò sunt  
indicia dubitata, secus. Quæ sint  
indicia indubitata, & quæ dubita-  
ta, ponit Carrer. folio 43. In-  
dicium indubitatum est demon-



stratio rei per signa sufficientia, per qua animus in aliquo tamquam in existente quiescit, & plus inuestigare non curat. l. Indicia. C. de rei vendica. Dubitatum, & semiplenū Indicium est præsumptio, fortiter mouens animum Iudicis, ad aliquid credendum, vel non credendum. l. cum probatio. ff. de proba. Qualiter autem probetur indicium: dicitur, si est proximum maleficio, vt quia testis deponat de visu, tunc per vnum testem probatur, quia vnus testis facit indicium; si verò indicium est remotum à maleficio, non probatur nisi per duos testes, vt si deponant de fama, fuga &c. Carre. de iudiciis fol. 44. cum sequen. & fol. 56. vbi etiam ponit, quando indicia probentur per testes singulares. Item quedam sunt indicia graua, quedam leuia: glos. in l. Nō hoc. C. de legi. leue indicium dicitur, si facile ab eo contingit abesse; graue, si frequenter contingit adesse. Indicia posita per Carre. a folio quadragesimo septimo vsquē ad folium sexagesimum quintum, sunt hæc.

14 Vnus testis de visu, fama publica, fuga, inimicitia, mendacium, inconstantia, titubatio, trepedatio, confessio ex raudicialis, cōfessio socij criminis, confessio mandatarij, inculpatio, & confessio offensi, instrumentum pacis, minæ, conuersatio in loco commisi delicti, consuetudo delinquendi, sollicitudo inuestigandi delinquentem, receptatio delinquentis, faciens euadere delinquentem; scientia maleficij, & non facere, vt non committatur delictum; ducens dolosè per viam, vbi sunt latrones; allocutio secreta ad aures, aufugiens cum ense euaginato, acclamatio, dans pecuniam ad arma cōparanda, faciens præparamenta, ma-

la conuersatio, & cum iniquis, assidua alicuius loci frequentatio, diuinationo, & incantatio, taciturnitas, mala filosofomia, & malum nomen, visio Iudicis, concessio peccuniarum, vt non accusetur, ploratus, & vlulatus pueri, locus solitus, famositas delinquentis, denegans iurare, astantia cum armis in delicto, denuntiatio, dictum testis, qui non debuit examinari. Hæc sunt indicia posita per Carre. vbi supra. Bossius in tit. de Indiciis, ante tortu. ponit alia plura pag. 167. De pluribus aliis iudiciis circa homicidia, furta, adulteria, falsitates, & alia delicta, vide practicam criminalem, Iacobi de Nouell. † Vix tamen ex his iudiciis potest inferri ad pœnam ordinariam, nec corporis afflictiuam, solet tamen in Regno, quando probatio non est plena, fieri condemnatio ad exilium perpetuum cum comminatione mortis. Item in Regno seruatur doctrina Bald. in l. si quis ex argentariis. §. i. de Eden. ff. Quod inferri possit ad pœnam ordinariam cum vno teste de visu, & duobus de fama publica, & probato alio iudicio, quam doctrinam allegat Bossius ad aliud propositum, titu. de iudiciis, pag. 168. numer. 14.

## Caput. XII.

### SVMMARIVM.

- 1 **D**E Accussatore, quādo, & quomodo processum publicare debeat.
- 2 Publicatio, an sit de substantialibus, processus, de iure, & quid etiam de Foro cum nu. 3.
- 4 Forus tit. Quæ por error de processo. & eius ratio cum num. 5.

Facta



**R**ACTA probatione, publicandus est processus per ipsum accusantem, seu eius procuratorem intra viginti quinq. dies, connumerandos à die, quo incipit currere tempus ad offerendam petitionem, vt dictum est per For. de modo, & For. proceden. Publicatur siquidem processus absq. aliqua citatione, & ea facta, si procurator accusati non est præsens, mandatur intimari ad effectum, vt incipiat currere tempus defensionum, si forte publicatio erat facta ante completum tempus dictorum viginti, & quinq. dierum. De hac publicatione processus loquitur Maranta in 6. parte, titul. de processus publicatione, fol. 222. Follerii, titul. fiat publicatio proces. pag. 278. & Bossius titul. de publicatione processus. pagin. 426.

2 † Circa dictam publicationem potest quæri, an sine ea valeat processus. De iure tractat hanc quæstionem Maran. vbi supra num. 4. & dicit communem conclusionem esse, quod processus valet, & quod illa non est de substantialibus processibus, allegat Felin. in cap. cum I. & A. de rei iudi. Sed idem Felinus videtur contra tenere in cap. licet causam. nu. 26. quem refert Bossius vbi supra in principio, illum declarando, scilicet, quod processus non sit nullus ipso iure ob defectum publicationis, sed est necessaria publicatio ad effectum, vt re ipsa sententia teneat: de qua quæstione etiam meminit Follerii. vbi supra.

3 † De For. si attendimus ad For. De Mo. & for. non solum est de substantialibus processus publicatio, sed etiam tempus, intra quod fieri


debet, nam per illum For. nisi intra dictos viginti quinq. dies fiat publicatio, absoluendus est Reus, Facit, quia tempus formam inducit. Auten. quæ suplicatio. C. de Præ. imper. offer. † Sed dubium est, in spectata dispositione Fori, Que por error. de proces. nam per illum Forum videtur, posse processum sustineri, licet, non publicetur, saltem intra viginti & quinq. dies, sed duos dies post eos in quib. requiritur publicatio, vt re ipsa sententia teneat, pro vt de iure: nam per dictum Forum, si de delicto constat, dummodo sit oblata petitio intra tres dies, debet condemnari, & sic, etiam si sit error, & defectus in processu, erit condemnandus, si de delicto constet. Sicut in simili Maranta vbi supra, quod postquam de delicto constat, licet publicatio fiat die feriato, debet sustineri processus. Videtur enim contra bonum Reipub. quod delinquens liberetur ex eo, quod vno, vel duobus, aut tribus diebus sit tardatum in publicatione processus: nam, vt dicit Bal. in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquiliam, quando constat de delicto, Iudices debent esse prompti ad condemnandum, nec debent multum ponderare omnes iuris solennitates, quia fauor publicæ disciplinæ suadet, vt maleficia puniantur. Et ista ratione credo, fuisse conditum dictum For. Que por error de proces. & si in isto casu, quo tardatur vno, vel duobus diebus circa publicationem, non verificatur dispositio dicti For. Arguendo ab exceptione illius, quæ loquitur de tempore, quod offeratur petitio intra tres dies, videretur, quod in aliquo casu non potest dictus Forus verificari. † Et ita in quadam causa, qua quidam de Chiprana accusabant, vel accusabantur, con-



igit non publicari infra dies vigin-  
ti & quinque si bene teneo (videri  
debet processus) & fuit lata senten-  
tia condemnatoria. Pro declaratio-  
ne dicti For. Que por error de pro-  
ces. vide Socin. cons. 146. versi. sed  
quid plura. vbi loquitur de simili sta-  
tuto: Bal. in l. edita. 2. lectu. num. 44.  
C. de æden. Folleri. pag. 150. nu. 12.

## Cap. XIII.

### SUMMARIVM.

- 1  Vando, & intra quod-  
te mpus Reus suas de-  
fensiones allegare, &  
probare, & publicare  
debeat.
- 2 Quemadmodum Reus a confessio-  
ne quæ ei obiicitur, se defendere  
possit.
- 3 Et quomodo etiam à testium proba-  
tione, se defendere possit. et etiã ab  
ea quæ ex indiciis resultat et. n. 4.
- 5 Enumerantur plura quæ Reum iuua-  
re possunt ad pœnam remittendã,  
vel minuendam.
- 6 Narrantur alia defensionum gene-  
ra remissive.
- 7 De indiciorum purgatione, & quali-  
ter ea fiat.
- 8 Si publicatio fiat vno, vel duobus die-  
bus post triginta, quos præfigit  
Forus l. tit. de Mod. & for. proce-  
den. in crimi. an sit habenda ra-  
tio defensionum, & probationum  
Rei: cum. n. 9.
- 10 Quod remedium accusatori compe-  
tat: vt processus terminetur, Reo  
publicationem differente.



ACTA publicatio-  
ne processus, ab eo tẽ-  
pore currunt trigin-  
ta dies accusato ad se  
defendendum, pro-  
bandum, & publican-

dum. Reus igitur intra dictos tri-  
ginta dies in vna, vel pluribus cædu-  
lis potest suas defensiones allegare,  
probare, & publicare, iuxta dictum  
For. de Mo. & for. De qua accusa-  
ti defensione loquitur Carre. in tra-  
cta. de homicid. in cap. Qualiter ho-  
miciidum excusetur, & ponuntur  
ibi defensiones contra homicidiũ,  
& alia delicta, à fol. 163. Folleri. in  
titul. Recipiãtur defensiones Reo.  
pag. 268. & Bossi. titu. De defensio-  
nibus Reorum, pag. 218. & in titu.  
de fauo. defensio. pag. 457. & dan-  
tur triginta dies Reo, & viginti  
quinq. accusatori, quia longior de-  
bet esse dilatio Rei, quàm actoris:  
Maranta. fol. 197. num. 2. lul. Clar.  
commu. opini. verbo, Dilationes.

2 † In primis enim, si Reus se vult  
defendere à confessione, per eum  
in iudicio facta, competit allegatio  
quòd dolo, metu, vel propter polli-  
citationem, est extorta: item, quod  
fuerit qualificata; & quando possit  
illam reuocare, ibi per eos, & Folle-  
ri. in titu. Et si confitebuntur.

3 † Item si est conuictus per te-  
stes, ponitur ibi, qualiter debet con-  
trarium probare, & tunc, si proba-  
tiones sunt contrariæ, stabitur supe-  
riori probationi, adeo, quod si Rei  
probatio est imperfecta, non valet,  
si est directo cõtraria; læcus, si diuer-  
sa, quia tunc, imperfecta iuuat accu-  
sato, quia probatio dubia probat ad  
se defendendum, vt ibi per eos: qui  
plura etiam ponũt circa probatio-  
nem negatiue, qualiter probetur,  
quem



quem tali die, & hora non fuisse in tali loco.

4 † Item, si iudiciis probatis se vult compurgare, ponit plura Carre. in cap. Qualiter iudicia purgentur. fol. 64.

5 † Item, quando probatur, delictum fuisse commissum per accusatum, ita quod præmissis defensionibus non iuuatur, tunc quæ defensiones competant, ad tollendam, vel minuendam pœnam, ponit plures vbi supra Carre. Sequentes, scilicet, quod est minor, furiosus, ebrius, dormitans, se defendens, ob iustum dolorem, calore iracundiæ, ob metum instantis periculi, diuinam reuelationem, & miraculum, libidinem, seu lasciuia, ignorantiam, & errorem, imprudentiam, dolum cessantem, necessitatē, quia occidit nocturnum depopulatorem, vel furem nocturnum, vel debitorem fugitiuum resistentem, vel transfugam, vel hostem, & proditorum ciuitatis, vel assassinum, vel foriudicatum, vel bannitum, vel filiam repertam in adulterio, vel repertum cum vxore, vel quod vulnus non erat letale, vel quia bellum erat licitum; item in certitudo, multitudo, consuetudo, exercitium, exculpatione, offensus officium, metus, carcer iniustus, ingratitude, concubitus, antoria, rixæ, consanguinitas, sedatio tumultus, expugnatio Patriæ, præscriptio, abolitio, diuturnitas temporis, & nullitas processus.

6 † Plura sunt genera defensionum, alia est iuris, alia facti; alia civilis, alia naturalis; alia, quæ respicit merita causæ, alia processum: Follerius d. titul. Recipiantur defensiones Reo. Et de fauoribus circa probationem defensionum, ponuntur ibi plura, & per Bossi. vbi supra, & per Carre. cap. † Qualiter iudicia purgentur.

fol. 69. Scilicet, quod de testibus aliis inhabilibus, & rationem non reddentibus habetur ratio, & quando, & qualiter, licet actor probet plenè, & Reus semiplenè, non possit dānari; & quod defensionibus nunquam sit præclusa via, quam iudex etiam sine parte tenetur admittere, & nunquam cēsetur exclusa defensio, quia nec expresse potest tolli. Debet igitur captus intra triginta dies, vt dictum est per For. de Mod. & for. allegare suas defensiones, & illas probare, & processum publicare.

8 † Sed quid, si publicatio non fiat intra triginta dies, sed vno, vel duobus post, an habenda erit ratio de probationibus defensionum? Attenta dispositione dicti For. de Mod. & for. videtur dicendum, quod non, quia actor, & Reus, ad paria debent iudicari, & sicut, si actor intra viginti quinque dies non publicat, reus est absoluendus; pari ratione dicendum videtur, si Reus non seruat disposita à dicto For. quod de defensionibus non possit se iuuare, tempus enim est de forma, vt dictum est, quæ quidem est seruanda: ad notat. in c. delicta. extra de rescrip. & cum per For. Que pro error. de proces. nihil circa defensionem Rei sit innouatum; ergo videtur, quod dicto casu, de defensionibus non sit habenda ratio.

9 † In contrarium tamen, quod de dictis defensionibus sit habenda consideratio, retorquetur eadem ratio, quod scilicet non iudicentur ad imparia, quia, si actor se potest iuuare de probationibus, & processu, licet tardauerit vno, vel duobus diebus, in publicando processu, idem, & à fortiori de Reo dicendum est, cum ad paria iudicentur. Item, quia promptiores esse debemus ad absoluendum, quam ad condemnandum



dum. Item, quia in dicto For. de Mod. & for. quò ad dictum Reum non est apposita clausula decreti irritantis, sicut est quò ad Reum. Itē, quia de defensionibus, utcumq. & quandoq. appareat, est habenda ratio, etiam post publicationem: Folleri. tit. Fiat publicatio processus. pagin. 278. Bossi. titu. de favorabi. defensio. † Potest remedium competere accusanti, ut processus terminetur, quòd petat à Iudice, si Reus nō publicat, quòd habeantur producta pro non productis, & Iudex debet habere, si difert Reus publicare. †

## Cap. XIV.

### SUMMARIVM.

- 1 **A**psò defensionis termino dantur accusatori, et Reo quindecim dies, ut sibi invicem contradicant.
- 2 Testes pro sui parte productos, an possit quis repellere, & infra nu. 4. & seq.
- 3 De iure contradici potest, tam personis testium, quàm eorum dictis de Foro tamen personis duntaxat.
- 5 Aliquando per Iudicem, testibus est fides deneganda etiam si à parte non sint repulsi.
- 6 Propter inimicitiam supervenientē potest quis testes à se productos repellere, tam de iure, quàm de Foro. cum num. 6,
- 7 De Foro testis productus in prima instantia non potest in secunda repelli.
- 8 Regula Foralis, quòd exceptio contra instrumentum nō admittitur,

nisi per aliud instrumentum, fallit in criminalibus.

- 9 Enumerantur quamplurime obiectiones, & defectus qui contra testes in Rei favorem obijci possunt.



- 1 **A**PSO termino defensionis, currūt partibus quindecim dies à die publicationis ad contradicendum, & sic dimidium illius tēporis quod datur ad defendendum, & dicitur istud competens tēpus ad cōtradicendum: ut dicit Maran. in 6. par. de testium repulsa, in prin. fol. 224. & Folleri. titu. Concedatur repulsa. pag. 180. nume. 9. Et istud tempus quindecim dierum datur utriq. parti simultaneè, per d. For. De mod. & for. ad contradicendum testibus, & instrumentis. Hæc cōtradictio per d. For. est contra personas testium tantum, non eorum dicta. † Super qua contradictionis materia, quærit Marant. ubi supra, de tribus, scilicet, qualiter fieri debet repulsa; an testes pro sui parte productos, possit quis repellere, & an productos in prima instantia, possit quis repellere in causa appellationis. Repulsa siquidem fieri potest, si præcedat protestatio, hoc est, quòd tempore, quo fit producta per alteram partem protestetur, quòd nulla habeatur ratio, & semper, quo testes producantur, vel instrumenta, ita quòd non videatur consentire. Repulsa † hæc, & contradictio fieri potest contra personas testium, & eorum dicta, ut ibi per eum: sed hoc de Foro non procedit in criminalibus contra dicta, ut dictum est. Et defectus personarum testium, exprimi debent, non in ge-



ingeneres, sed in specie. Hæc Maran. & Folleri. ibi, nu. 7. remissive, Molin. in verbo Exceptio contra testes.

4 † Est tamen aduertendum, quòd licet de his non sint repulsati, si tamẽ ex eorum dictis apparet de repulsa, vt quia in suo dicto attestetur, se cõ sanguinem, familiarem, vel continuum commensalem, &c. debet iudex his non adhibere fidem. Folleri. d. tit. concedatur repulsa. num. 15. pag. 282. Et quæ sint illa, quæ cõtra testes obiici possunt, infra dicitur.

5 † Ad secundum, de quo per Maran. an pro sui parte productos, possit quis repellere, concludit non posse, quòd ad personas testiũ, sæcus, quòd ad dicta, nisi post productionem, noua inimicitia causa superuenisset.

6 † Ex quo inferitur, quòd in dictis causis criminalibus non poterit repellari testis a se productus, nisi post productionem (ante tamen, quàm deposuerit) superuenisset noua repulsionis causa.

7 † Ad tertium, de quo per Maran. certum est, de Foro non posse repellari testem productum in prima instantia, in causa appellationis, ex quo secundum For. de Mod. & for. non permittebatur appellatio, & secundum For. nouissimum de anno 1564. in casu, quo permittitur, est tantum ex eisdem actitatis.

8 † Instrumenta etiam de For. possunt repellari in causa criminali, & licet de For. contra instrumentum non admittatur nisi instrumentũ, tamen in causa criminali admittuntur etiam alij testes, ad impugnandum instrumenta: Molin. in verb. Exceptio contra instrumentum.

9 † Obiectiones & defectus, qui cõmuniter solent obiici contra testes, sunt, asserere, quòd sunt varij, vel quod in eodẽ dicto cõtraria dixerunt, vel iudi-


tialiter, vel extra iudicialiter, vel in diuersis iudicijs, vel si plures inter se contrarij, & plura circa leos. C. de fal. Bos. tit. de opposi. cõtra testes a nu. 1. vsq. ad n. 19. pag. 439 quod sunt infames, Periurij, quòd non fuerunt interrogati super generalibus, iuxta Fo Quo mo. deb. test. interrog. Bos. ibi. nu. 19 vbi etiã ponitur, an maior possit interrogari de his, quæ vid. t. in pupillari ætate. Quòd est subornatus, & pecunia corruptus ibi nu. 29. quod falsus in vna re, ergo in totũ, 22. quòd Notarius retulit se, ad dictũ alibi, ibi. 23. quòd loquitur per eundẽ præmeditatum sermonẽ, ibi 24. quòd deponit animose, 25. quòd sunt examinati per Notariũ, & non per Iudicem, 26. & plura, quòd Iudices examinent testes per se, & non per Notarios, quòd fuerunt examinati ad perpetuã rei memoriam absq. causa, ibi 32. quòd deposuerunt extra terminum, 33. quòd examinati non citata parte, 34. quòd sunt singulares, ibi, 39. quòd non deponunt de loco, & tempore, 41. quòd deponunt de auditu, 42. quòd de credulitate, 43. quòd fuerunt instructi, ibi nu. 50. quòd sunt inimici, 52. quòd tractant de suo commodo, 55. quòd ad sui exonerationẽ, 56. quòd sunt de vniuersitate, 60. quòd sunt subditi illius, pro quo deponunt, 69. quòd est vnicus testis, & ibi plura de singularitate, 70. quòd non reddunt rationem, 73. quòd non iurauit, & ibi exprimuntur casus, quibus statatur testi non iurato, 81. quòd sunt religiosi, & deposuerunt sine superioris licentia, 92. quòd sunt domestici, 93. quòd non deponunt verisimilia, 96. quòd sunt amici producẽtis, 102. quòd sunt affines, vel consanguinei, 105. cum sequen. & vsq. ad quem gradum repellantur consanguini-




10 sanguinei, 110. Quòd sunt Aduoca-  
ti, Procuratores, sollicitatores, pro-  
xenetæ, 117. cum sequenti. † Con-  
cluditur tandem cum regula, quòd  
magis creditur duobus testibus fide  
dignis, quàm cētum vilibus. De hac  
testium reprobatione sunt plures  
tracta. Vide Stepha. Auferri. super  
c.1. de offi. ordi. de reprobatione  
testium.

## Cap. XV.

### SUMMARIUM.

- 1  *Tempus quod de Foro Iu-  
dici datur ad proferen-  
dam sententiam in cau-  
sa criminali, & quan-  
do currere incipiat.*
- 2 *Quæ sint circa Iudicis sententiam  
consideranda.*
- 3 *Circa personam ipsius Iudicis.*
- 4 *Circa partium personas.*
- 5 *Et circa tenorem ipsius senten-  
tia.*

1  *AP SIS* dictis quin-  
decim diebus, ad con-  
tradiciendum datis, pu-  
blicatis attestati-  
onibus, currunt viginti  
dies Iudici ( additis  
decem diebus allegationum, si reci-  
pantur) ad proferendam sententiã  
diffinitiuam in causa criminali, per  
d. For. de Mod. & for. proceden.  
quod sanè est intelligendum, si fue-  
rit petitum pronuntiarum: vt latè per  
Deci. cons. 2. Debet enim peti pro-  
nuntiarum, vt currat dictum tēpus, &  
iterū peti, quòd pronuntietur, vt in  
stante parte, sententia feratur, & ac-  
ceptetur: aliàs, si, quando Iudex vult

proferre intitulado processum, nō  
sunt partes, quæ instent, faciet Iudex,  
Protestatur. Et ea de causa, quia nō  
inueniebatur Procurator Astrictus  
ad sententiam acceptãdam, fuit qua-  
dam die dilatatã Regia Audientia,  
ea de causa videtur, Ioannem Alua-  
reb fuisse suffocatum, a la torre de  
Doña Anna, ante quàm fuisset lata  
sententia mortis contra eum: senten-  
tia siquidem non potest proferri,  
vtraq. parte absente, etiam si tempo-  
re, quo legi incipitur, se absentent:  
Maran. de sententia, in 6. par. nu. 95.  
fol. 241. ferenda est igitur dicta sen-  
tentia intra dictum tempus, si fuerit  
petitum.

2 † Circa dictã sententiã, sunt non  
nulla consideranda, omisso ordine  
tradito per Maran. in 6. par. De sen-  
tentia. Scilicet, quòd circa d. senten-  
tiam debet considerari causa effi-  
ciens, materialis, formalis, & finalis:  
debet enim continere expressio-  
nem Iudicis, qui est causa efficiens,  
qui sedere tenetur pro tribunali, &  
sententiam per se legat, nisi sit de ma-  
ioribus. Debet etiam continere ex-  
pressionem causæ, & processus, quæ  
est materialis causa dictæ senten-  
tiæ. Similiter debet continere cau-  
sam formalem, quæ formalitas po-  
test considerari circa Iudicem, circa  
partes, & circa ipsam sententiam:  
† circa Iudicem respectu loci, tem-  
poris, & ipsius personæ. Loci, quia  
in loco maiorum debet ius dicere,  
nisi de consensu partium, vel esset E-  
piscopus, vel Præses, vel nistutus nō  
esset locus, vel nisi de plano proce-  
datur, vel in his, quæ sunt volunta-  
riæ iurisdictionis. Temporis, quia  
sit dies iuridicus, non feriatum, tum  
etiam die assignato ad ferendam il-  
lam. Item, quòd ante peremptam  
instan-



instantiam, feratur de die, nō de nocte, & non pendente dilatione, nec pendente tempore, quo causa consultitur, & tempore, quo aliqua ex partibus sit præsens. Iudicis, quōd sit Iudex non priuata persona, sanæ mētis, non furiosus, non surdus, aut mutus, publicè excommunicatus, nec infamis. † Circa partes, quōd nomina litigantium exprimentur in sententia, & sint habiles ad comparandum, & non sit aliquis eorum mortuus; & si moriatur, an possit ferri contra Procuratorem dominū litis, & quōd adsit legitimus defensor, tā in agendo, quā in defendendo. † Circa sententiam, quōd scribatur, quōd non contineat iuris errorem expressum, & iniustiam, quōd non sit lata contra aliam sententiam, & sit certa, & debet continere absolutio- nem, vel condemnationem, quæ est causa finalis, ideo non valeret si diceret Iudex, pronuntio Titium condemnandum, vel secundum consilium Regiæ Audientiæ. † Sunt tamen quædam circa dictam sententiam præcipuè aduertenda: Primò, illud, quod à dicto For. de Mod. & for. disponitur, scilicet, quōd, si est imponenda pœna mortis, mutilationis membri, vel exilij, excedentis duorum annorū spatium, quōd dicta sententia est ferenda de consilio Consiliariorum, Regiorum super criminali, modis, & formis traditis à For. de anno 1564 super criminali editis, nisi id omittatur de consensu partium. † Hoc tamen nō procedit in causis criminalibus, ventibus in Curia Iustitiæ Arag. licet hoc fuerit variè practicatū, & habito dicto consilio, tenetur Iudex scribere suā sententiā, absoluēdo, vel cōdēnando, iuxta tenorem dicti consi-

lij, non scribere, Pronuntio, vt in cōsilio. per supradicta.

8 † Et Iudices circa impositionē pœnarū, tam ipsi, quam Consiliarij, nō debent esse inuectores illarū, sed debent iuxta merita processus imponere alteram ex pœnis, in similibus apponi solitis: Carreri. in 3. par. trac. homici. circa appositionem pœnarū, fol. 226. nu. 12. Sunt enim à iure plures casus, in quibus venit imponenda pœna mortis naturalis, quos refert Bal. in l. data opera. C. qui accusa. nō poss. Bont. vol. 10. tract. fol. 135. Carre. vbi supra. fol. 234. † Et ista pœna mortis naturalis, & aliæ pœnæ à Iure, & For. impositæ minorari possūt ex pluribus causis: Primò, ex supra citatis causis in materia defensionis, & ex aliis citatis per Carre. in verbo, circa itaq. secundū. fol. 243. vbi addit minorari propter publicā utilitatē, vt quia sit magnus artifex. Bossi. ti. de pœn. pag. 483. post nu. 8. tum etiā seruitia præstita Principi; bona vita, & fama; Priui legiū, vt si obuiat Cardinalis, & ponit vmbellam super caput condemnati; idem, si obuiat Principi; quid, si corpori Christi: idem de procurante, quōd famosus, & caporaliscapiatur. Vbi etiā quādo debet executio accelerari, quia sit famosus latro, & dilatari, quia sit prægnans, & debet præsertim minorari propter inopiā probationis: Carre. fol. 227. Paris. de Pute. fol. 204. in prin. nu. 9. † In Regno solet dari pro plena probatione ea, quæ sit per vnū testē de visu, vel cōfessione cū aliis indicij, iuxta doctrinā Bal. in d. k. si quis ex Argētariis. ff. de eden. Si verò nō plenè ista probantur, solet minorari pœna ad exiliū perpetuū, cū cōminatione mortis, iuxta Obs. 1. de proba. nec eo casu

T debet



debet imponi poena abscisionis mē-  
bri. De hoc, quādo poena minoratur,  
qualis poena sit imponenda, ponit  
Carre. in vltim. c. tracta. de homici.  
fol. 251.

12

\*Solet quandoq. augeri poena ex  
pluribus causis, quas refert Carre. in  
c. circa igitur tertium. fol. 249. &  
præsertim propter reiterationem,  
quia reiteratio nimis grauat, & pro-  
pter contumaciam; item ex qualita-  
te occisi, & iniuriati; item ex imma-  
nitate delicti: vbi vide multa, per  
quæ poena exasperatur.

13

† Videndus est insuper Carre,  
in c. sequitur de aliis, fol. 235. vbi  
tractatur de poenis, quæ pro quoli-  
bet delicto imponendæ sunt, scili-  
cet, vt vulneranti cum ense abscin-  
datur manus, latro fustigerur, & sic  
de aliis. De quibus omnibus supra  
scriptis, videndus est Bossius, pro  
impositione poenarum, quando mi-  
nuendæ, & quando augendæ, dicto  
titul. de poen. pag. 483. Folleri. d.  
titul. poenis debitis feriantur. pag.  
383. & Carre. à fol. 226. vsque ad  
tracta. de hæretic. Tiraquel. in tra-  
ctatu de poenis temper. & remitten.  
Casus, in quibus est comburendus,  
ponit Papon fol. 7. cum sequen. vbi  
etiam de diuersitate poenarum, iux-  
ta delictorum, statuta.

## Cap. XVI.

### SUMMARIVM.



**D**E executione sententiæ,  
& de his quæ eam im-  
pedire possunt.

1

2

De Appellatione in causa

criminali quando locum habeat,  
et qualiter in ea procedatur in Re-  
gno cum nu. 3.

4 De liberatione per viam Privilegia-  
tam, & quod sit exorbitans, &  
stricti Iuris. cum numer. 5. & c. et  
iterum supra cap. 7. in fi.

5 Forales dispositiones quantumlibet  
exorbitantes, & stricti iuris ciui-  
li tamen modo sunt intelligen-  
dæ.

7 Manifestatio personæ quemadmo-  
dum sententiæ executionem impe-  
diat.

8 Maxime interesse, an qualitas in qua  
fundatur Manifestatio personæ  
cōcernat defectum iurisdictionis,  
an vero nullitatem Processus.

9 De inhibitione Iudicis Ecclesiastici  
ad impediendam sententiæ execu-  
tionem, & casus in quibus non for-  
matur iurisdictionis competentia  
cum nu. 10. 11. 12. & 13.

11 Hodie quæ requirantur, vt simplici-  
ter tonsuratus gaudeat Fori pri-  
uilegio.

12 A Foro excludente omnem except.  
contra instrumentum præter in-  
strumentalem, an detur recursus  
ad Iudicem Ecclesiasticum.

14 Ad executionem sententiæ multa  
requiruntur, & 1. quod intime-  
tur Reo, per Iudicem, vel Alqua-  
zirium; & ibi de Rei consolatio-  
ne, & confessione.

15 Secūdo requiritur, quod fiat de die,  
& non de nocte.

16 Tertio quod fiat diebus iuridicis, &  
non feriatis.

17 Quarto quod fiat in locis publicis,  
& non in carceribus, vel locis se-  
cretis, in quo ius commune, & Fo-  
ri Arago. idem disponunt, diuer-  
sa tamen ratione. cum numer. 18.  
& 19.

Quinto



- 20 *Quinto quod fiat in loco solito. & ibi de suffocationibus que per præfides in montibus fieri solent cum num. 21.*
- 22 *Regens Offic. Gubernation. vt exequi possit sententiam, in captum & detentum per iudicem ordinarium, debet ante omnia ad se cuocare causas*
- 23 *Executio sententiæ ex quibus causis differatur vel acceleretur cum num. 24.*
- 25 *Dum captus ducitur ad suplicium duci debet per vias publicas, & assuetas & quod Aliquando in via solent Reo abscindi manus cum num. 26.*
- 27 *Quod Per acta executione, continuanda est, in actis processus remissiuæ.*

quoniam olim mandabatur, non obstante appellations, donec præsentabatur inhibitiõ, & durante dicto tempore ad appellandum: vt est dictum supra, & elicitur ex Fo. 1. de executio rei iudica. Et dicit Folleri. idem, quod scilicet, pendente tempore ad appellandum, sententia executioni mandabatur, titu. Poenis debitis feriat, n. 5. pagin. 384. Denique in dicto processu præsentia, suspenditur dicta sententia per appellacionem, & durante tempore ad appellandum, sententia, (inquam) mortis, vel mutilationis membri, quoniam ab eis tantum est permissa appellatio.

3  
 \* In quo appellacionis processu proceditur, iuxt. d. fo. de anno. 1564 Quod appellatio interponatur infra tres dies, & si est extra locum, vbi Audientia residet, debet fieri representatio intra septem dies. & cum eodem processu originali, ex eisdem actitatis, absque eo, quod de nouo possit aliquid produci, nec probari iudex Ad Quem, debet sententiam ferre, illam infirmando, reformando, vel confirmando, & lata sententia mandabitur executioni priuilegiatè, sicut ante dictos Foros de anno. 1564. fieri solebat & poterat.

4  
 † Appellacionis ergo remedium competere potest in processu præsentia, non in processu absentia, quia quod ad eum, vt infra dicitur, nihil est innouatum per For. de anno. 1564. & hoc remedium non quidem de omni sententia, sed de diffinitiuâ tantum, & non de omni diffinitiuâ, sed de ea tantum, quæ est mortis, vel mutilationis membri, vt dictum est. Et sic differt à remedio appellacionis, quod olim cõpetebat, quia secudum Fo. antiquos



ATA sententia; mandabatur statim executioni iuxta Fo. de mo. & for. præterquam in crimine usurarum, & in delictis, quibus non proceditur iuxta dict. For. de mod. & for. quia per dict. For. sublata erat appellatio, & ea non obstante, mandabatur executioni,

2  
 \* Hodie verò per Fo. 1564. prouisum extitit, quod, pendente tempore ad appellandum, & vbi appellatum extitit, durante causa appellacionis, dicta sententia non mandetur executioni. Quæ prouisio, quod durante tempore ad appellandum, & appellacione interposita, sententia non mandetur executioni, videtur necessaria,



poterat appellari ab omni sententia diffinitiva, & interlocutoria: Item olim poterat ante inhibitionem exequi sententia, non obstante appellatione, hodie verò secus.

4 † ALIUD etiam remedium à Fo. competit contra hunc processum præsentis, sicut & olim competebat, scilicet, liberationis per viam privilegiatam. De qua loquitur Fo. Cosa necessaria. De manifesta. perso. & Fo. Por quanto. De appelli. & Fo. 2. de accusa. & Fo. E por que. de Procur. Astrict. & Fo. de Fo. competen. In casibus enim in dictis Foris comprehensis locum habet liberatio per viam privilegiatam, & non in alijs, ex quo est remedium exorbitans, & odiosum nam per illud agitur de adimenda possessione personæ capti, quam habet iudex, & hoc absque causæ cognitione. nec vocatione, sed solum ex eisdem actitatis, ostenso processu, seu illius copia Locumtenenti Iustitiæ Aragon. vt patet ex dictis Foris. Et propterea receptum est, quòd locum habeat casibus à Fo. tantum ex præsis dicta liberatio.

5 † CIVILITER tamen intelligendo, puta, quia, licet Forus dicat quòd captus nullo præcedente appellitu, vel Fragantia, liberetur, debet intelligi de legitimo, quia si præcedat Appellitus, non tamen legitimus, liberabitur nihilominus, vt quia non sit oblatus per partem legitimam, vel coram competente iudice, vel non seruata solennitate, de qua supra. Ex quo enim appellitus oblatus oblatus per substitutum à Procuratore Astricto, qui eum substituerat, non in casu necessitatis iuxta Forum, pretendebatur oblatus, per partem

6 non legitimam, fuit quidam liberatus per viam privilegiatam anno. 167. Pari ratione si in oblatione appellitus non interueniat iuramentum, & fidantia, liberabitur; idem si Fragantia non est legitima. De hoc remedio liberationis per viam privilegiatam, & qualiter in eo procedatur, ponit practicus. Ferrer in methodo, in processu manifesta. perso.

7 † Hoc tamen remedium non habet locum, post quam est conclusum, & renuntiatum in causa Fo. E por que de Procur. Astrict. & ideo, istis casibus vel alijs, quibus detegatur nullitas processus, erit recurrendum ad aliud remedium, scilicet, inrisfirmæ privilegiatæ, seu ad casum, de quo dictum est supra: potest fundari inhibitio in nullitate processus, & dicto casu, etiam etiam idem iudex processus tenetur sententiam non exequi, nam si ea non obstante, posset exequi dictus iudex, inhibitio iurisfirmæ fundata in nullitate nõ foret bene prouisa, ex quo solū inhibitio tendit ad hoc, ne iudex faciat illud quod de Foro facere nõ potest. Ideo, si prætesa nullitas, in qua firma fundatur, non impedit, quò minus iudex suā exequatur sententiã, dicta firma ad casum, licet sit obtemperanda, est tamen reuocanda. Posset tamen fundari nullitas in aliqua qualitate extrinseca, puta, nobilitatis, vel dominij vassallorum, de qua non constitit iudici processus, & tamen fit fides de ea Locumtenenti Iustitiæ Aragon. tunc, nisi firma prouisa presentaretur dicto iudici, posset suam sententiam exequi.

8 † Aliud etiam remedium competere potest, sicut & olim competere poterat, ad impediendam executionem



cutionem sententiæ, scilicet, manifestationis personæ, cum aliqua qualitate, nam licet simplex manifestatio nō operatur post latam sententiam, quia extinguitur cum ea, iuxta Fo. de manifest. p. 10. tamen si fiat cum qualitate, puta, nullitatis processus, vel qualitatis eximentis captum à iurisdictione iudicis, puta nobilitatis, clericatus, militiæ, dominiij vassallorum, infantio. habitant. in loco dominorum: eo casu dicta provisio impedit executionem dictæ sententiæ, donec dictum impedimentum sit sublatum.

8 † Est tamen aduertendum per iudicem detinentem captum ad qualitatem, in qua fundatur dicta manifestatio, quia si talis est, quod per illam detegitur, dictum captum nō esse de iurisdictione dicti iudicis, eo casu, debet dimittere captum virgario executanti dictam manifestationem; si captum velit ad posse Locumtenen. ducere, saltem non debet ei resisti: Moli. in verbo manifestatio. vers. die decimo quarto Ianuarij. Si verò illa qualitas non concernit defectum iurisdictionis, sed nullitatis processus tantum, tunc executor manifestationis non potest extrahere captum à posse dicti sui iudicis. sic fuit determinatum in Curia Iusti. Arago. anno. 1567. super manifestatione Dominici Castillo, quæ fundabatur in eo, quod ipse esset Infantio, & non ligabatur statutis Vniuersitatum, in quibus non cōsenserat, & sic processus in vim statutorū factus, est nullus quò in vim dictæ manifestationis fundate in dicta qualitate, non erat extrahendus captus à posse iudicis, & ex quo fuit extractus, fuit per Locumtenen. mandatus restitui. Dicta tamen provisio benè impedit dictam exe-

cutionem, donec fuerit impedimentum sublatum.

† ALIUD etiam remedium superest ad impediendam executionem dictæ sententiæ, scilicet, inhibitionis iudicis Ecclesiastici, fundatæ in qualitate clericatus, vel delicti, quod sit mere Ecclesiasticum, vel in iniquitate Fori, nam tunc dicta inhibitiō suspendit non tantum executionem, sed & cognitionem causæ: Fo. prim. de conpe. iuris. in fi.

10 † Hæc tamen inhibitiō, quando fit per iudicem Ecclesiasticum, in casu in quo non est formanda competentia iurisdictionis, vt super quæstione iuris, quo casu non est formanda, vt dicit Bal. in l. ancillæ. C. de fur. 3. notab. Maran. de ordi. iudi. 3. part. de compromisso, numiro 29. folio 198. vel super lite pendente, iudex Ecclesiasticus vult inhibere: Dictis casibus, quibus non est formanda competentia, debet responderi per secularem iudici Ecclesiastico, non formando competentiam sed assignando rationes, quare dictæ suæ inhibitioni non est respondendum; & sic respondere, quare nō debeat responderi: ad nota. per Fa. l. in c. cum ordinem. n. 14. de rescrip.

11 † Hodie faciunt malè iudices Ecclesiastici in concedendo inhibitiōnem ratione consuræ, nisi constet de omnibus his, per quæ inferatur tōsuratū esse de sua iurisdictione. iuxta decretū Tridentinū in sessione. 23. incipi. nullus prima tonsura. per quod requiritur ministeriū in Ecclesia, vt possit immunitate clericali gaudere, & sic deberet eis constare ante concessionem dictæ inhibitionis, de dicto ministerio, cum alijs de tōsura nō sit habenda



da ratio per dictum decretum.

12 † Item, quando possit formari cōpetentia ab iniquitate Fori, quòd Forus excludit probationem, nisi instrumentalem contra instrumentum, vide Bal. conf. 133. vol. 5. & 185. eo. vol. & de materia Feli. in c. 15 si quando n. 12. vers. per illam glo. extra de rescrip. idem in c. 2. n. 12. vers. quarto intelliges. & ibi Deci. in. fi. extra de proba. vers. 16.

13 † Aduertendum est, quod Regia Audientia in criminalibus nunquā format competentiam, nisi accusatus sit captus in ea, & ita est iudicatum, & obtentum, secus in alijs iudicijs: & Regia Audien. respondet cum literis, quare non sit formata competentia.

14 † Cessantibus remedijs, quæ impediunt executionem sententiæ, mandatur illa executioni. Circa quam executionem sunt non nulla considerata, Imprimis, lata sententia mortis debet illa intimari per Alguazirium, vt fieri solet, vel per eundem Iudicem, & ea intimata, debent ad eum mitti viri religiosi, qui eum confiteantur, & ad patientiam exortentur: multum enim curare debet Iudex de saluatione animæ condemnati. De iure tamen ante prolationem sententiæ hæc fieri solent, vt refert Follerit. titu. pœnis debitis feriantur. num. 4. & 5. pagina. 384. Bossi. titu. de executione. numc. 21. pagina. 593. qui afferunt dictum iudicem debere esse vigilem, pro salute animæ condemnati, & si opus est, quòd dictus iudex accedat ad carcerem, ad visitandum & consolandum dictum condemnatum. De Foro, debet tradit alicui Missæcantano, vt dicit Forus Prouidendo. de Offic.

Locumtenen. & Primogenit. Catalaiub. folio 157. in antiquo relatus per Molin. in verbo Sententia in causa criminali. & in verbo Executio sententiæ criminalis.

† Secundo dicta executio faciēda est de die, non de noctæ: notatur in l. pœnul. de iust. & iur. Maran. de ordine iudici. folio. 220. numc. 42. & fol. 241. num. 92. De Fo. idem: quia fieri debet sole ad solem: Fo. Muy conueniente. De iudi. Fo. Querientes. de Offic. Cællar. Fo. E por dar de manifest. perso. in fi. confirmatur per Fo. De la prouision de carce.

† Tertio faciēda est executio diebus iuridicis, non feriatis: Boer. laté decis. 259. & Follerit. d. titu. pœnis debitis feriantur. num. 101. pag. 399. Marā. vbi supra est Ratio. quia sicut sententia non potest ferri diebus feriatis, cum cesser omnis strepitus iudiciorum, idem erit de eius executione, cum a pari procedant sententia, & executio: Bal. in Rubri. de fi. instru. in fi. & ita seruatur de For. cum in hoc stetur iuri.

17 † Quarto faciēda est executio in locis publicis, non in carceribus, vt vnus exemplo, cæteri pertimescant: l. capitalium. §. Famosos. l. aut facta. §. fi. ff. de pe. Pau. Grillā in tracta. de relaxa. carce. i. quæstio. Follerit. de titu. pœni. debi Ferri. numc. 78. pagina. 398. Carre. in practi. crimin. folio. 226. nu. 3.

18 † Potest tamen secundum eos, quandoq. dispensari, vt secretè fiat ratione consanguineorum: Angel. in verbo Gaium, quòd produci debeat per loca publica. Idem de Fo. quòd fiat in locis dublicis. For. Muy conuediente. De iudi. For. Querien-



Querientes. de offi. Cancell. Sed ex  
alia, & longe diuersa ratione, scili-  
cet, vt condemnatus iuuare se possit  
defensionibus eidem competētibus,  
& ad prædictum effectum possit ha-  
bere Aduocatos, & Procuratores, vt  
dicit For. Muy conuenient.

19 † Et ideo cōtra For. & expressam  
rationem illius, fecit Locumtenens  
generalis, qui suffocauit in carcere  
communi præsentis ciuitatis quen-  
dam vocatum, Ioannem de Fuentes,  
Notarium de Aynsa: & alius Locum-  
tenens generalis, qui etiam suffoca-  
uit quēdam Fabrum Ferrarium de  
Cuera, actualiter manifestatum in  
in dict. carcere, vt assertus Capita-  
neus belli. & dict. For. Querientes.  
& For. Muy conuenient. sunt confir-  
mati per For. de la prohibi. de carce.

20 † Quintò requiritur, quòd dicta  
executio fiat in loco solito, nam in  
loco maiorum debet ministrari Iu-  
stitia. l. pœnul. de iust. & iur. vbi Do-  
cto. Angel. in verb. vsquē ad Locum  
Iustitiæ consuetum. De Foro proba-  
tur idem, per For. Querientes. de Of-  
fi. Cancell. Mol. vbi supra in verb.  
Sententia. & in verbo Executio. De  
iure tamen, solet quandoq; ad maio-  
rem terrorē, propter criminis enor-  
mitatem, alibi fieri, vt ibi Angel. &  
& Bossi. de executione sententiæ. n.  
16. pag. 593. vel etiam ex alia causa,  
vt ponit Carre. fol. 230. nu. 55. potest  
ex causa dispensare Iudex, vt fiat ali-  
bi, quàm in loco solito. Mathe. de  
Afflict. in constit. Monarchiam n.  
6. facienda est igitur executio in lo-  
co solito.

21 † Ex quo oritur difficultas, an lici-  
tè in montibus suffocationes fiāt, ex  
quo fieri solent per præfides: de quo  
dicetur in processu absentia, quia in  
processu præsentia non extrahuntur  
à carceribus, vt occiduntur occultè

in montibus, quinimo solent in præ-  
dicta executione Fori seruari, præ-  
terquàm in dictis casibus, quibus fue-  
runt in carcere suffocati.

22 † Sextò, quoad Regentem offi. Gu-  
ber. cuius officium est ire per Re-  
gnum, vt gentes metu illius à malis  
coerceantur, si vult exequi aliquam  
sententiam criminalem contra ali-  
quem captum, & detentum per ordi-  
narium loci, quòd ante omnia euo-  
cet causas, vel dictam causam, cum  
aliàs ante euocationem, non possit  
de causa capta per ordinarium se in-  
tromittere. For. 2. de Regen. offi. Gu-  
ber. quòd don poss. alium Regen. fa-  
ce. Idem seruari debet, si cum literis  
iuxta For. de Homici. capiatur ali-  
quis per officialem, qui vadit cum  
Regen. & euntibus illis ad locum iu-  
dicis ordinarij, in quo facienda est  
executio, si dictus Regens vult in ter-  
minis exequi, vel in platea, quòd, an-  
tequam per officialem restituatur ca-  
ptus ei, euocet causam, & sic dictus  
Regens habeatur pro ordinario, &  
officialis satisfaciet, sibi restituen-  
do, aliàs, non satisfecisset dictis lite-  
ris, in quibus mandatur restitui Iu-  
dici ordinario.

23 † Hęc executio sententiæ, quādoq;  
de iure difertur, quandoq; accelera-  
tur, etiam non expectatis diebus ad  
appellandum, vt dicit Folle. dict. tit.  
pœnis debi. feri. nu. 4. & 5. Bossi. de  
executio. senten. in princ. De Foro  
intra eisdem viginti dies, ad profe-  
rendam sententiam datos, est execu-  
tioni mandāda. For. de mod. & For.

24 † Tamen quandoq; difertur, vt si  
sit prægnans mulier, quæ est cōdem-  
nata ad mortem, difertur namq; do-  
nec pepererit. Hunc casum & plures  
alios, in quibus difertur executio  
sententiæ capitalis, ponit Marfi. in  
practi. crimi. §. oportune. Folle. dict.



titu. pœn. debi. feri. num. 7. pag. 285.  
Carre. ca. circa itaq; fol. 243. enume-  
rat plures casus, in quibus differri de-  
bet dicta executio: Bofsi. dict. tit. de  
execu. senten. nu. 8. cum sequen. vide  
Iul. Clar. commu. opini. verb. Execu-  
tio sententiæ capitalis.

25 † Octauo, quando ducitur captus  
ad supplicium, vt sententia executio-  
ni mandetur, debet duci per vias pu-  
blicas, & assuetas in similibus: Ange,  
in vers. Gaium, quod duci debeat.  
Pertu. in For. Querientes. de offic.  
Cancella. refert Bofsi. titu. de execu-  
tio. senten. num. 19. pag. 563.

26 † Interdum tamen, dum ducitur,  
solent abscindi manus ante cedes il-  
lius, quem occiderat: vt factum fuit  
in quodam, qui occiderat in via ma-  
iori quendam argentarium dominũ  
suum, pro vt in simili factum fuisse  
asserit Bofsius dict. titu. de executio.  
senten. quod ad maiorem terrorem  
noscitur prouisum, & factum.

27 † Nonò, executio post quam fue-  
rit per acta, est in actis processus re-  
ferenda, & continuanda, vt dicit Fo-  
ller. dict. tit. penis debi. feri. num. 4.  
pag. 384.

## Caput XVII.

### SVMMARIVM.

1 **D**E modo procedendi cum  
processus presentie in-  
cipit à citatione crimi-  
nali verbali.

2 Prouisio citationis verbalis crimina-  
lis, qua continere debeat.

3 Facta dicta citatione & comparen-  
te intra terminum citato, quomo-  
do sit procedendum cum numer.

4



1 Vphiciter in proces-  
su presentie potest  
procedi, vel incipi-  
re po à captione, præ-  
cedente appellatu, vel  
infragantia, vt dictũ  
est supra cap. 4. in princip. vel etiam  
incipiendo à citatione criminali ver-  
bali, & necessariò debet ab eo incipi-  
nisi venerit imponenda pœna mor-  
tis, vel mutilationis membri: argu-  
mento For. 2. de fir. iur. Modus pro-  
cedendi, incipiendo à dicta citatio-  
ne verbali exprimitur in For. 1. de  
processu. contra cita. & absen. impri-  
mis in oblatione dictæ citationis, de-  
bet seruari solenitas foralis, vt dicit  
dictus For. quæ exprimitur in For.  
Por appellidos fictos. de Appellitu.  
scilicet quòd petens dictum citatio-  
nem iuret, illam esse veram, & non  
fictam, & firmet super expensis cum  
idoneo fideiussore, vel si inueniri nõ  
potest, cum cautione iuratoria, & ad-  
hibita dicta solennitate tenetur lu-  
dex illam prouidere per dictum Fo-  
rum. Por appellidos. nec potest, vt  
ibi dicitur à Notario concedi, sine  
Iudicis prouisione, quæ prouisio fit  
per Iudicem absq; alia probatione,  
præter iuramentum.

2 † Dicta prouisio debet continere  
citationem ad primam diem iuridi-  
cam, scilicet, quòd citatus cõpareat  
ad primam diem, si citatio sit in eo-  
dem loco; si verò extra locum Iudi-  
cis est citandus, datur terminus de-  
cem dierum, nisi citati essent nobi-  
les, aut Prælati, quia tunc datur his  
terminus triginta dierum: Obseruã.  
2. de cita. & si per dictam citationem  
sunt apprehensi personaliter, tunc  
si non comparent in termino, eo la-  
pso, reputantur contumaces, & ab in-  
de currit tempus ad offerendam pe-  
titionem. Si verò per dictam cita-  
tionem



Caput XVIII.  
SUMMARIUM.

tionem non sunt apprehensi personaliter. Facta relatione investigationis in vim dictæ citationis, mandatur citari voce præconia, in loco commissi delicti, vel in loco solitæ habitationis, quatenus ad decimum quintum diem compareat citatus, proceditur, pro vt in processu præsentia dictum est: For. 1. de proces. contra cita. & absen. si verò non comparet, reputatur contumax, & proceditur, pro vt in processu absentie dicitur.

3 \* Citato igitur comparente in termino, debet offerri petitio per accusantem, alias, si accusator non comparet, licentiabitur citatus, vel secundum stylū, comparente utroq; petit accusans sibi assignari ad offerendam petitionem ad primam, non recedendo à prima reportatione executione citationis, illam iterum reportando, & petendo assignari ad offerendam petitionem. Si verò, vt dictum est, non comparet accusans, licentiatur accusatus, & non tenetur comparere sine noua citatione, & solutis expensis primæ citationis: Molin. in verb. citatus si comparet in termino.

4 \* Comparente igitur utroque, proceditur in omnibus, & per omnia, sicut dictum est supra, iuxta For. de mod. & For. vt dicit dict. For. 1. de proces. contra cita. & absen. & possunt militare ea, quæ supra dicta sunt, nam non est in aliquo differentia aliqua, nisi in dispositis per dict. For. 1. & vt dictum est supra, quilibet, qui potest procedere per captionem, potest per citationem, non tamen è contra, ex quo, vt dictum est, in terminis For. 2. de sir. iur. proceditur per citationem. De hac citatione criminali, ponuntur plura in Obseruan. de citat. & per Molin. in verb. Citatio.

- 1 **Q**UIM in certis casibus poterant absentes in causa criminali condemnari
- 2 **H**odie indistinctè potest absens sicut presens condemnari, & de modo & forma procedendi in processu absentie cum num. sequentibus.
- 3 Citationem quæ fit voce præconia, præcedere debet alia citatio, ad inuestigandam personam, tam de iure, quam de Foro.
- 4 Si non præcedat citatio criminalis sed Appellitus criminalis captionarius, an possit sequi citatio voce præconia vt satis fiat. For. tit. de mo. & for.
- 5 Maius dubium est, quid si Appellitus criminalis captionarius præcedens sit nullus, & ideo ad partes disputatur vsq; ad num. 9.
- 7 Contra profugas & Bādolerios quos vocant, & ubi est multitudo citandorum, incipi potest à citatione præconia.
- 8 Defectus citationis personalis, non infert nullitatem.
- 9 Circa dubium propositum nu. 5. considerantur duo casus.
- 10 Remedia quæ in absentia condemnatis, competere possunt.
- 11 Spontanea comparitio quantum Reo condemnato in absentia profit iuxta For. 2. de Proses. con. cita. & absen. cum nu. præceden.
- 12 Secundū remediū est iuris firma grauarum siendoram, & in quo illa fundari possit.
- 13 Tertium remedium est personæ manifestatio.
- 14 Quartū inhibitio iudicis Ecclesiastici



- 15 Index exequi sententiam mandans si processus est nullus facit, litem suam.
- 16 Executio sententię intra quod tempus sit petenda, vt ei non pręscribatur, cum num. 17.
- 17 De literis quę ad capiendum condemnatos ad mortem conceduntur iuxta For. Como circa. de Homici. multa, cum nu. sequentibus.
- 18 Dicte literę per iudices vniuersales conceduntur.
- 19 Dicte literę facta fide de sententia per instrumētum publicum cōcedi solent.
- 20 Et quid dicte literę continere debeāt. cum nu. 21.
- 21 Actus superuacanei & circuitus euitandi sunt.
- 22 Quibus literę ad capiendum condemnatos dirigantur.
- 23 Captis condemnatis vigore dictarum literarum, per quem. & quo in loco sententia executioni mandetur.
- 24 Executiones sentē. crimin. quę in mōtibz seu extra locum consuetum loci vbi lata est sententia fieri solent, an licitę fieri possint, late examinatur. cum num. sequen. vsq; ad fi. c. & aliqua supra ca. 16.
- 25 Consuetudo est legum interpres, & facit licitum ex illicito.
- 26 Cui verba Fori conueniant, & dispositio.
- 27 Iustitia Arag Fororum interpres.
- 28 For. Muy conuenient. De Iudic. & quod contra legem agitur, cū contra eius rationem aliquid fit.
- 29 For. Querientes de offi. Cancellar. declaratur, & quod dictio. Alius est repetitiua similium; & quod verba generalia restringenda sunt ad limites rationis. & pręterea quod ille legis sensus est recipiendus qui a sapiētibus reprehēdi nequeat
- 30 For. tit. de la Prohibi. de carce. Ponderatur. & quod relatio sit cum omnibus qualitatibus.
- 31 Lex posterior, anteriorem cōfirmans, censetur tollere cōsuetudinem cōtrariam, si legumlatores eam non ignorabant.
- 32 Consuetudo non legitime pręscripta, vel abrogata vel irrationabilis, non est in cōsideratione, & For. an ni. 1564. confirmantes Foros super processu absentie factos, quemadmodum intelligātur. cum nu. precedenti.
- 33 De consensu condemnati, executio fieri potest in loco campestri.
- 34 Idē si immineret periculum scādali.
- 35 Et idem etiam est si condemnatus sit caporalis (vt dici solet) & famosissimus latro.
- 36 Consuetudo non est extendenda vltra suos Cancellos & limites, & pręsertim, non debet extendi de persona ad personā. cū n. 37. & 38.
- 37 Auctoris consilium in facti contingētia circa supradicta.
- 38 Delegatio in criminalib; nō pmititur
- 39 Iustitia Arago. totum Regnum habet pro territorio.
- 40 Literę iuxta For. Como circa. de Homici. non procedunt in processibus statutaris.



Lim certi erāt casus, in quibus absens poterat in criminalibus condemnari, vt in casu For. Verum. de cōsulta. & in casu For. mo circa la punitiō. de Homicidio & alijs casibus relatis per Molin. in verb. Absens in causa criminali. & in verb. Absens per contumaciam. in quibus casibus per dictos Foros trahebatur forma procedendi in dicto processu absentie. Regulariter verō cōtra absētē nō procedebatur ad ei<sup>us</sup> condemna-



condemnationem, prout de iure asserit Vlpianus, absentem non debere condemnari. ff. de pœn. l. absentem, & l. absentē. C. de accusa. Adeo, quod dubitabat Bal. in l. r. C. quomodo, & quando iud. an statutum valeat, quod absens possit condemnari, & concludit valere, si modo citatur, modus verò citationis, cum sit de iure positiuo, potest per statutum constitui. Et licet absens non poterat condemnari, poterat tamē absolui: Molin. in verb. Absolutus. vers. absolui potest reus, per Obser. de vsu. de Procura.

2 † Hodie verò indistinctè, sicut contra præsentem, ita & contra absentem potest ad condemnationem procedi. Forma verò procedendi in dicto processu absentiae elicitur ex tribus Foris, scilicet, ex Foro 2. & 3. de process. contra cita. & absen. & ex For. si. de mod. & For. Procedē. scilicet, quod citetur personaliter, & si in citatione non fuerit apprehensus personaliter, quod citetur voce præconia in loco solitæ habitationis, vel in loco cōmissi delicti, quatenus compareat ad decimumquintum diem, & adueniente termino, si non comparet, reputatur contumax, & ab inde currit tempus ad offerendum petitionem infra tres dies, & probandum, & publicandum infra viginti, & quinque dies, computandos à tempore, quo incipit currere tempus ad offerendum petitionem, & publicato processu intimatur publicatio voce præconia per loca solita, & assueta loci, vbi fit processus, & intimata publicatione, currūt tres dies absentis accusato ad se defendendum: quibus elapsis, potest peti pronuntiari diffinitiuè per ipsum accusantem, quo facto, petitur remitti vel Iudex, ex officio mandat remitti

processum: iuxta Fo. ad Consiliarios Regios de criminali, & facta remissione, in quo de For. est facienda, tunc Regij Consiliarij intra tempus Fori respondent consultationi, modis, & formis à Fo. Nouo de anno 1564. dispositis, & Iudex secundum prædictum consilium, & respōsum, profert suam sententiam, quæ executioni mandatur priuilegiatè, & conceduntur litere iuxta Fo. de Homici. Como cerca la punicion. vers. è. do tal sententia. ad capiendum dictum condemnatum, vt infra dicitur.

3 † Ex dictis igitur Foris talis forma procedendi resultat, vt primò concedatur dicta citatio personalis, quæ per Iudicem debet prouideri, præcedente solemnitate forali, scilicet iuramenti, & cautionis, vt dictū est supra. Et reportata dicta citationem, & relatione executionis illius, scilicet, quod fuit inuestigatus, & non fuit apprehensus personaliter, tunc instante parte, Iudex mandat citari partem voce præconia, vt dictum est. Quæ dispositio foralis, vt dictam citationem, voce præconia factam præcedat alia citatio, est iuri conformis: vt latè per Vanci. de nulli. process. titu. de nullita. ex defectu citatio. numer. 123. pag. 450. Maran. de ordi. iudi. titu. de Cita. nu. 82. fol. 169. facit Fo. Ille. de Emparamen. vbi notat Pertusa.

4 † EX his potest dubitari, si valēt processus, qui hodie solent fieri sine dicta personali citatione, & sic non seruata forma d. For. 2. de Process. contra cita. & absen. scilicet, quod appellatur contra delinquentem, & sic procedendo per viam appellitus, & non citationis criminalis, concluditur in appellitu, quod, si non potest capi, citetur voce præconia & pro-



& prouiso appellitu, vt concluditur executor facta inuestigatione, & eo non capto, citat appellitatum voce præconia in loco commisi delicti, vel habitationis, & sic non præcedente dicta citatione, nec facta relatione Iudici de dicta inuestigatione procedit ad citationem voce præco. & sic videtur, quod in præmissis deficiat forma dicti For. nam pateat via, quam elegit, elegit captionem, & non citationem, de qua Fo. loquitur, & nulla facta citatione proceditur ad dictam citationem voce præconia, quod videtur contra ius, & dictam dispositionem foralem. & sic in præmissis fuit dubitatum, sed attenda cōsuetudine, quæ est optima legum interpretis, debet sustineri processus.

5 † Sed maius dubiū est, quando prouiso appellitus est nulla, vt quia ad instantiam Alstricti, cum vno teste de fama, fuisset prouisus appellitus, & executor cū ea prouisione, per quā mandatur capi, & si non potest capi, quod citerur voce præconia; an valeat talis processus, cū videatur habere defectum in citatione, quia illa inuestigatio est nulla, quia emanat à prouisione nulla, & sic cū id, quod nullum est, non sortitur de iure vllum effectum, videtur ex duplici capite, citationem voce præco. non valere. Primò, quia illam non præcessit citatio personalis, quæ præcedere debet, vt dictum est: secundò, quia ipsa prouisio citationis voce præconia videtur in se esse nulla, quia, si prouisio de capiendo, quæ est principalis, non tenet, ergo nec accessorium, cū illud sine principali stare non possit. Item, quia prouisio de citando voce præconia est conditionalis, scilicet, si capi nō possit: hæc conditio, attenda nullitate prouisionis de capiendo est impossi-

bilis, & consequenter dispositio concepta sub dicta impossibili conditione, erit nulla. l. impossibilis. vbi las. ff. de verb. obliga.

6 † E contra, quod teneat processus, videtur primò, ex regula For. Que por error de process. constituto de delicto, sequatur condemnatio: For. Que por error. de process. Secundò, quia, antequam fuit facta citatio voce præconia, præcessit inuestigatio, personeque ostendit, ipsum citatum nō fuisse læsum saltem re ipsa. † Tercio, quia in profugis, delatis, & Bandoleriis, qui nō habent domum manentem, potest incipi à dicta citatione præconia voce: Maran. vbi supra. nu. 101. fol. 171. Itē, vbi est multitudo citandorum, licet sint certi, potest incipi à dicta citatione voce præconia: Io. Bab. de Sanct. Seue. in rep. l. i. C. de sum. Tri. & si. Catho. num. 77. † Quarto ex doctrina Docto. citato. per Vanci. & Maran. vbi supra, concluditur, quod defectus citationis personalis non infert nullitatem processus, licet inferat grauamen parti, quod ex dicta inuestigatione inferitur, non fuisse illatum, saltem re ipsa.

9 † Possent in hoc articulo considerari duo casus, vnus, quando solum est mandatus capi, licet contra Fo. & facta relatione inuestigationis, mandatur citari voce præconia, & isto casu ex prædictis rationibus, quia re ipsa nō est grauatus, & quia omisio citationis personalis, nō annullat processum, quæ in delatis, & profugis non est necessaria, & constituto de delicto, stante Fo. Que por error de process. quia isto casu debet sustineri processus. Alter casus potest considerari, quando in eadē prouisione mandatur capi, & si non capitur, quod citerur voce præconia, tunc



tunc videntur posse considerari rationes, supra positæ contra dictum processum: tamē pro validitate processus facit vna ratio, quod vtile per inutile non debet vitari, & cum in hac prouisione sint duæ in effectu, altera, quod capiatur, quæ non valet; altera, quod citetur, quæ habet necessaria pro sui validitate, nã habet iuramentum, & cautionem, iuxta For. Que por appelli. fict. Nec obstat, quod secunda prouisio de citando est conditionalis sub conditione impossibili, quia illa potest adimpleri, saltem de facto, & cum reuera iste absens sit inuestigatus, & citatus voce præconia, vbi erat citandus, licet in præmissis aliqua solennia deficiant, non est multum ad illa attendendum, constituto de delicto: iuxta doctri. Bar. in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. de quo dictum est supra in publicatione processus.

10 \* Remedia, quæ ipsis in absentia condemnatis cõpetere possunt, sunt hæc, Primò, spontanea comparitio in quocũq. statu causæ, ante, vel post sententiã. Nam, si comparet sponte, non est condemnandus, et si est condemnatus, non est sententia executioni mandanda, non auditis eius defensionibus: tamē, si petatur, ante omnia expensas debet soluere, quia aliter, denegatur audientia, & eo cõparente, vt dictum est, habet prædictum priuilegium. Illud idem competit ei existenti in via, nam priuilegium concessum in termino, censetur concessum in via: las. in l. quominus. nu. 17. de flumi. \* Et ea de causa fuit prouisa quædã firma iur. euidam Solanas, probanti, se venire ad representandum; sed postea fuit firma repulsa, attento, quod fuit probatum, falsam esse depositionem ad-

ductam per ipsum Solanas. De his est For. 2. de proces. contra cita. & absen, scilicet, de sponte cõparentibus, quod solutis expensis, audiantur eorum defensiones. Est tamen in facultate prædicti accusantis, reducere processum absentia ad processum presentia, & incipere accusationē de nouo, vel quod processus sit in eo statu, quo erat tempore spontanea comparitionis, si erat ante publicationem processus. Si vero erat iam publicatus, & erat lata sententia, vel in calculo ferenda, reducit ad terminos quibus incipit currere tempus ad defendendum, & exinde incipit processus esse presentia, & militat omnia, quæ de processu presentia dicta sunt, scilicet, appellatio, & alia remedia, quæ in processu presentia competere possunt.

12 \* Secundum remedium considerabile in processu absentia, est inhibitionis iurisfirmæ grauaminum fiendorum: Potest fundari in aliqua nullitate processus, vel in aliqua qualitate, per quam detegatur, captum, non esse de sua iurisdictione, vel attempta dicta qualitate, non fuisse procedendũ, modo quo est processum, vt quia allegatur, & probatur esse Infantionem, & fuisse processum in vim statutorum, in quibus ipse non cõsenserat (& ea de causa fuit prouisa firma Dominico Castillode Mõtlot) & in vim illius suspenditur executio, donec sit repulsa.

13 \* Tertium remedium, si captus se facit manifestari cum aliqua qualitate, quia, si absq. ea fit manifestatio, nihil operatur: de quo remedio dictum est supra.

14 \* Quartum remedium, est inhibitiõ Iudicis Ecclesiastici, iuxta For. de competen. iurisd. Hoc tamen remedium



medium non datur absentibus, non captis, vel comparentibus, quando processus est actitatus in Regia Audientia, quia illa non respondet literis inhibitoriis Iudicis Ecclesiastici, nisi accusatus sit captus.

15 † Cassantibus dictis remediis, sententia executioni mandatur, si processus non est nullus (quia existente processu nullo, Iudex exequendo faceret litem suam, etiamsi damnatus non vteretur prædictis remediis.)

16 † quodocunque dictus absens captus sit, dummodo sit petitum exequi sententiam, intra tempus, quo non sit præscriptum iuri sententiæ, nam si

17 † Si verò, lata sententia, antequam sit præscriptum iuri illius, sit exequi mandata, tunc quodocunque captus fuerit, poterit exequi sententia: & ad prædictum effectum capiendi, solent concedi literæ, iuxta For. Como circa la punicion. versi. E do tal sententia. de Homici. & For. de Rapru mulie. de quibus literis loquitur Moli. in verbo Absens. versi. si. in verb. Captus pro Homicidio versi. pœnulti. & in verbo Remissio. vbi latius, quàm alibi.

18 † Et circa dictas literas, est aduertendum primò, quòd sunt concedendæ per Iudices vniuersales, vt dictum est supra, nam si processus est actitatus per Regiam Audientiam, inde extrahuntur literæ; si per Curiam Iustitiæ Arago. prouidentur à Locum tenente, Iudice causæ; si verò per Iudices inferiores, tunc à quolibet ex dictis quatuor, scilicet, à quolibet ex præsentibus in Regia Audientia, vel à Curia Iustitiæ Arag. An possint obtineri à Regēte offic. Guber. & non præsentibus in Regia Au-

dientia, hoc pendet à quæstione, de qua supra in 5. quæst. Prin. & sequenti. Hoc tamen iure vtimur, quòd dictæ literæ extrahuntur, vel a Regia Audientia, vel à Curia Iustitiæ Arago. † Et istæ literæ solent concedi, facta fide de sententiâ per instrumentum publicum, vt in dicto For. de Homici. & For. de Rap. mulier. & conceduntur cuique illas petenti, nomine accusantis, etiamsi de mandato non constet, nam pro habente tale instrumentum, præsumitur quòd habet mandatum: de quo per Boer. latè decis. 281. num. 7.

20 † Dictæ literæ, iuxta dispositionem dictorum For. debent in effectu continere, quòd dictus absens condemnatus capiatur, & captus ducatur ad posse Regiæ Audientiæ, quando ibi est actitatus processus, solent tunc etiam addi in eisdem, vel ad posse nostrum, scilicet præsentis, in ea: & hoc ad hunc finem, vt executor satisfaciatur, restituendo captum, vt vbiunque Præses cum voluerit tunc ibi exequatur in eum sententiam, & sic solent in montibus apparere Præsides, & ibi captos suffocare: quod quando procedere possit infra dicetur. Si verò processus est actitatus coram inferioribus, tunc, dictæ literæ solent continere, quòd capiatur, & captus, ducatur ad posse concedentium literas, vt inde remittatur ad Iudicem causæ, vt ipsæ exequatur sententiam. Ita asserit practicus Michael Ferrer. in su Methodo de processu executionis sententiæ criminalis, fol. 61. Mol. latè in dicto verbo Remissio. & alibi, vt supra.

12 † Sed hodie, cum lex abhorreat actus superuacuos, & frustratorios. l. qui bis idem. ff. de verb. Obligatio. & cum circuitus sint vitandi, solum in dictis literis continetur, quòd capia-



capiatur, & captus remittatur, seu ducatur ad posse Iudicis causæ: & hoc videtur tolerabile, cum verba Fo. de Homici. & rap. mulie. vers. E do tal sententia. non disponant expresse, quod trahatur ad posse Iudicis cedentis dictas literas. Et dictæ literæ non possunt aliud continere, iuxta dictos For. nisi captionem, & remissionem ad Iudicem causæ, & si aliud continerent, puta, quod idem Commissarius capiens exequatur, vel aliud quàm capere, & remittere ad Iudicem causæ, non posset concedi in eis, vt ad alium quàm ad Iudicem causæ remittatur, nam in dictis causis criminalibus, non est permissa delegatio: Moli. in verb. Delegatus. vers. Delegare.

22 † Quibus dirigi possint dictæ literæ, & sic qui possunt esse executores earum, hoc disponit Forus de Homicidio scilicet executores à For. constituti. Ex quo videtur, quod huiusmodi commissiones, quæ sũt vigore dictarum literarum personis priuatis, sunt contra Fori dispositionem: tamen indifferenter datæ fuerunt, & dantur, & est bonum iustitiæ: non tamen illis inferentes resistentias, sunt vt resistentes officialibus puniri, & an debeant tales puniri, est adhuc sub Iudice lis. Pro validitate tamen dictarum literarum, facit For. de Procel. contra fracto. inhibi. & For. de Commis. vt dictum est supra.

23 † Captis dictis condemnatis, vigore dictarum literarum, traduntur (si fuerunt condemnati per Regiam Audientiam) ad posse Præsidentis, & ipse solet eum recipere in montibus à posse executoris, & ibi exequi, vt dictum est. Vel si est condemnatus per inferiores, solet Iudex vniuersalis vnà cū capto accedere ad ter-

minos loci Iudicis causæ, & ibi intra terminos, euocati prius causis recipit captum de manu Executoris, & facta confessione sacramentali, & probata idēitate personæ, de sole ad solē, die iuridico, exequitur sententiā suam.

24 † Restat modò videre, an tales executiones factæ in montibus, vineis, seu campis extra locum consuetum loci, vbi lata est sententia, sint legitimè factæ, & an licitè fieri possint? † Et videtur primò dicendum, quod sic, arguendo à consuetudine, quæ est optima legum interpretis l. si de interpretatione. ff. de legi. quæ consuetudo tribuit iurisdictionem: notatur in l. de quibus. ff. de legi. Mol. in verbo Consuetudo. Item facit licitum, aliàs illicitum, ad eò, quod actus iuridici facti die feriato, licet aliàs sint contra legem, & illiciti, per consuetudinē redditur actus licitus Maran. de ordi. iudi. fol. 115. nu. 63. Et ita, cū quotidie soleant fieri huiusmodi executiones in montibus, & aliis locis regalibus, dicta consuetudo, debet actum, licet aliàs illicitum, licitum facere. Item Locutens generalis, & Regens offi. Gubern. dicuntur Præsides, & Rectores Prouinciæ, & eorū Curia est vniuersalis: Fo. i. de Iudi. & cū ad eos pertineat, & spectet habere Prouinciā paccatā malis hominibus, debent in qualibet parte suæ Prouinciæ posse exequi sententias suas; vt dicit Angel. in l. penul. de iusti. & iur. Maran. de ordi. iudi. fol. 240. † Item, executiones factæ modo prædicto, videntur factæ iuxta For. quoniā illis verba Fori conuenire videntur; ergo, & dispositio. Hæc executio fit publice, quia nō in penetralibus domorū, & fiunt in loco solito, quia ibi fieri solent; ergo conueniunt verba, & consequenter Forus. † Itē Iustitia Arag.



est interpretis Fororum, qui quandam sententiam latam in eius Curia, mādavit exequi in loco de Sant Esteuan de Litera.

28

\* E contra, quòd dicti Præsides nō possint condemnatum in Regia Audientia, extra locum solitum civitatis Cæsaraugustæ facere executiones in montibus, videtur probari. Primò, per dict. For. muy conuenient. de iudi. tam in dicto, quàm in ratione: dicitur ibi, quòd fiat executio in loco publico, ad effectum, quòd possit habere Aduocatū, & Procuratorem, & vti remediis eidem competere valentibus; vbiq. ergo extra locum Iudicis, vbi de processu, & meritis causæ habetur notitia fiat executio, deuenitur contra Fori rationem expressam. Quid enim possunt iuare Aduocati, & Procuratores, vbi non sunt? & de meritis causæ non habetur notitia? Imo omnes executiones, quæ modo prædicto fiunt, mandatur fieri, vt dictus captus, & condemnatus de dictis suis defensionibus se iuare non possit, & sic in illis deuenitur contra expressã legis rationem; ergo contra legem. l. nominis, & rei de verb. signi. Non enim in montibus, siluis, vineis, aut campis fieri debent executiones, vt dicit Bal. in rubric. de fi. instru. in fi.

29

\* Secundò hoc videtur probari per For. Querientes. de Offi. Cancellaria. vbi disponitur, quòd fiat in loco publico Plateæ, vel Mercati loci, vbi lata est sententia, vel alio loco publico, & assueto, scilicet, dicti loci, vbi lata est sententia, quia verbum Alius, est repetituum similitum, & precedentium qualitatū, c. sedes. de rescrip. l. quicunq. C. de seru. fugit. & sic repetit locum, & publicitatem illius, vbi lata est senten-

tia. Item dictio, aut, vel, o, ponitur inter similia: Paris. conf. 104. vol. 4. Item vna pars alternatiue dubia declaratur per aliam. l. i. ff. de reb. dub. Deci. c. placuit. de testi. Paris. vbi supra. Et ita videmus seruari in sententiis inferiorum, quòd semper exequi mandantur, intra terminos loci, vbi lata est sententia: & si statuentes fuissent interrogati, ita respondissent, ideo illud sequendum, cum dispositio à princi. recipiat suū quale: Oldrad. conf. 99. Et cum verba generalia sint restringenda, & trahenda ad limites rationis, l. adigere. §. quamuis. de iur. patro. l. eum pater. §. dulcissimis. de lega. 2. Euerar. à ratione legis stricta. si ratio præmissorū est illa, quam ponit Forus Muy conuenient. scilicet, quòd condemnatus non priuetur de facto suis defensionibus, debet esse talis locus publicus, & assuetus, cui conueniat dicta ratio, & talis intellectus est capiendus, qui à sapientibus nequeat reprehendi: l. saluius Aristo. ff. de lega. præstan. non ille, qui non sonat bene in vulgi auribus; vt dicit Bal. de pace constan. verb. Opizo. Quis potest dicere, mētem statuentiū fuisse, vt in æremo, in campis, vel vineis executiones prædictæ, & suffocationes fiant? vbi de partibus, nec processu habetur notitia? non enim in talibus locis reperientur Aduocati, & Procuratores, qui dānatū defendere valeant, & sic tales executiones videntur contra rationem legum, & mentem statuentiū: nec decet, vt dicit Bal. quòd in vineis, aut cāpis talia fiant, vt dictum est supra: vide Pertu. super eo. For. Querientes.

30

\* Tertiò hoc videtur probari etiā per Fo. de la Prohib. de carc. vbi præcipitur, fieri debere dictas executiones en los tiēpos, forma, y manera ya por



ya por Fuero statuyda. & sic facit relationem dictorum Fororum Muy conuenient. & Querientes. vbi de modo, & forma executionis faciendæ disponitur, & sic se refert cum omnibus suis qualitatibus: Bart. in. l. 1. de Receptato. l. si ita scripsero. de conditio. & demoustr. l. ait Prætor. §. si Iudex. de re iudi. ff. ex quo difficile videtur, quod possit allegari consuetudo, de qua dictum est supra in oppositum.

31 \*Quartò videtur hoc clariùs probari per For. nouiss. de anno 1564. disponentem, quòd in processu absentia, seruentur in omnibus & per omnia, & sic in executione, cum sit pars processus, Fori super his disponentes. Et licet ante dictum For. vigeret consuetudo, de qua supra, illa censetur sublata, ex quo statuentes habuerunt notitiam dictæ consuetudinis contrariæ Foris, quo casu, per talem dispositionem censetur sublata, etiam si de ea non sit facta mentio: cap. 1. de Consti. lib. 6. l. 3. §. diuus. ff. de sepul. viola. vbi Bart.

32 †Et per ista videtur responsum ad consuetudinem: primò, quia difficilè probabitur, illam esse legitime introductam, & præscriptam, cum per dictas dispositiones forales per sua tempora factas, abrogata censeatur: & Molin. in verb. Regens vers. Regens offi. Guber. vel eius Assessor. asserit, seruari dictum For. Querientes. & sic eo tempore, inferatur, non vigere talem consuetudinē. Postea superuenit For. de la prohib. de carce. Item in compilatione: For. fuit appòsita Apostilla add. For. Querientes. vbi dicitur, quòd cum dicto Foro, concordat Forus Muy conuenient. & sic semper habetur consideratio ad rationem dicti Fori Muy conuenient. vbi cunquē ergo

fiet contra rationem dicti Fori, ex mente compilantium Foros, censetur factum contra eos. Et licet ad For. de anno 1564. in eo, quòd statuit, in processu absentia Foros esse seruandos, dici posset. intelligi debere, de Foris, qui alias obseruandi erant: Et istam esse mentem statuentium deprehenditur ex alio eiusdem anni Foro, in quo dispositum est, Foros alios in criminalibus seruandos esse, qui alias seruandi erant. Vt cunquē tamen sit, magnam vim prædicta habere cēsentur, præsertim quia talis consuetudo censetur irrationalis, quia contra expressam prædicti Fori rationem introducta intelligitur, ergo videtur in præscriptibilis: Ruyn. cons. 154. lib. 4.

33 †Crederem, huiusmodi executiones fieri non debere regulariter in loco campestri, vt dicit Bald. in. di. Rub. de Fi. instrum. in fin. & obstantibus supradictis Foris. Videtur tamen dicendum, ibi posse fieri de consensu partium, ex his, quæ non tant DD. in. l. pœnul. de Iust. & iur. Maran. tit. de senten. sciens condemnatus, nullam sibi competere defensionem, potest eidem renuntiare, quia hæc renuntiatio eum non lædit, nisi quòd præmaturius moriatur: Angel. in. l. custodias. de Publi. iudi. vbi plura, quando quis potest defensionibus renūtiare. †Item posset fieri ex causa, vt si immineret periculum scandali, vt si per consanguineos, aut amicos foret à manibus familiae surripiendus: Carre. in pract. crimina. de Appella. versic. duodecimus casus. fol. 26. Maran. vbi supra de sententia. †Item quādo esset caporalis, & famosus malefactor, & latro, tūc, ei de iure nō sunt iura seruanda, adeò, vt dicit Maranta, quòd etiam die feriato licet con-



tra tales procedere: Carre. fol. 226. num. 3. Folleri. tit. Pœnis debi. Ferri. pag. 398. num. 78. Ange. in verb. Gaum, quod duci debeat per loca publica. Bossi. de executione sententia, pag. 563. num. 16. Afflict. in consti. Monarchi. nota. 6.

36

† Et ubi admittamus, dictam consuetudinem habere vim, & esse in consideratione, non tamen est educenda ultra suos cancellos, & limites, ita, quod si solum Locumtenens praesentialiter est solitus facere similes executiones, vel Regens offi. Guber. dum praesidet in Regia Audientia, non debet hoc extendi ad alios Iudices inferiores, nec ad ipsum Regentem, quando non praesidet, quia tantum praescriptum, quantum possessum, praesertim in his que sunt contra ius: Molin. in verbo consuetudo contra ius. & quae ibi habeo, praesertim quia in dictis praesidentibus militat particularis ratio, quam refert Ange. in dict. l. poenul. de iust. & iur. & Maran. fol. 240. num. 82. ut est supradictum. † Et

37

propterea dicebam super captione personae de Cosconet, facta per Regentem offi. Gubern. praesidente Archiepiscopo in Regia Audientia, in vim literarum emanatarum à Regia Audientia, iuxta For. de Homici. in quibus praecipitur, quod capiant, & captum ducant ad posse Regiae Audientiae, etiam si in eis diceretur, vel ad posse nostrum. quod dictus Regens, cum non praesideret, non poterat in montibus illum suffocare, & sententiam exequi per supra dicta. Imo, quod nec aliquo modo poterat exequi sententiam, non in vim suae iurisdictionis, quia illam non habebat in terminis, quibus est Locumtenens generalis: Molin. in verbo Locumtenens generalis. vers.

38

& dictum est supra. nec in vim literarum, quia literae tantum disponunt, quod ducatur ad posse Regiae Audientiae, & exequendo, esset facere contra tenorem literarum. † Considerabatur in super, si Locumtenens generalis poterat in literis committere dicto Regenti, quatenus ipse exequeretur dictam sententiam more solito: & super hoc fuit dubitatum in consilio, quia videtur non valere talis commissio, cum egrédia tur terminos, Fo. de Homic. & alias non permittatur delegatio in criminalibus: Molin. in verbo delegare. Et casu, quo talis delegatio fieri posset, & exequi sententia, non tamen in montibus, quia consuetudo comprehendens praesidentes, non debet extendi ad eorum delegatos, quando est contra ius, & eius rationem: & si id permitteretur, grandia possent oriri incommoda, praesertim, cum haec literae, iuxta For. de Homici. concedantur priuatis: & ita fuit conclusum, quod dict. Regens offi. Guber. non poterat exequi: & propterea idem Archiepiscopus exiit Foras, & prope monasterium sancti Lamberti, suffocavit dictum Cosconet. Exiit etiam alijs duabus vicibus, & suffocavit Petrum el Montañes, & Mosteum, & quendam vocatum, el el Verderol, condemnatos in processu absentiae per Locumtenentem Iustitiae vallis de Sarrablo: qui processus, instante Dominico Castillo, altero ex condemnatis, fuit euocatus, & ratione euocationis executae fuerunt sententiae per Regiam Audientiam omnium illorum condemnatorum in dicto processu, qui in vim literarum, iuxta For. de Homici. capti fuerunt.

39

† Et quod dicitur de executione, facta per Iustitiam Arag. in loco de sant



sant Esteuan, forsan in eo maior ratio militat, cum ipse habeat totum Regnū pro territorio, quod non est ita in Locumtenente, & Regente officii. Guber. nisi quo ad quædam: Fo. Nos primogenitus. de Emparam. vide in Obser. Item in curijs, quas illustrissimus Rex Ferdinandus. Actus curia. vbi Bages..

40 \*Ad vnū tamen est aduertendum, quod dictæ literæ, iuxta For. de Homici. nō conceduntur, nisi in processibus Foralibus, non statutarijs, vt infra dicitur, super dictis processibus

Caput XIX.

SUMMARIUM.

- 1 **V**niuersitates Regni communiter statuta facere solent super ordine procedendi in criminalibus.
- 2 Inseritur Formula eorū quæ vniuersitates circa ordinem procedendi in criminalibus statuere solent.
- 3 De statutorum materia remissiuæ.
- 4 Iurisdictio non est pœnes vniuersitates, sed pœnes Regem & eius officiales.
- 5 Vniuersitas statuendo, meliorem conditionem Fiscii facere potest, deteriorem, non potest. & quod statuta Regulariter cum Iudicis interuentu fieri solent.
- 6 Statutum quod vnus testis sufficiat ad probationem delicti, vel quod procedi possit etiam diebus feriatis, an valeat.
- 7 Forum sortiri, & statutis ligari quādo & quomodo a Pari procedant: & quando statutū habeat locum in delictis extra territorium commissis. cum nu. 8. & 9.
- 8 Milites & infantiones sortiuntur forum in locus regalibus, non tamen ligantur illorum statutis.

- 9 For. 3. de For. compe. declaratur. & quod punitio fieri debet, secundū leges loci vbi quis deliquit.
- 10 An valeant statuta disponentia quod sententia executioni mādetur. Appellatione remota, latē cum nu. sequen. vsq; ad nu. 23.
- 11 In præcedēti questione, de iure, adhibetur cōmuniter distinctio, an appellatio pertineat ad vniuersitatē sic statuētē, an vero ad superiorē: in Regno tamē de facto indistinctē seruantur dicta statuta. cum num. præceden.
- 12 Ex consuetudine immemoriali prædicta statuta seruātur in Regno, quæ Foris antiquis corroboratur.
- 13 An per Foros Anni. 1564. tit. Que caso que las sentencias &c. Prædicta cōsuetudini derogatum sit. cum num. sequent.
- 14 Hodie post præsentatā superioris inhibitionē, vel manifestationē, non potest in vim statutorum sententia executioni mandari, non obstante prædicta consuetudine. cū nu. 15.
- 16 Appellatū esse vel Appellari posse a Pari procedunt, maxime circa supradicta.
- 17 Statutū appellationē remouens non procedit, sententia manifestam iniquitatem continente.
- 18 Adducuntur multa in confirmatione statutorū appellationē in criminalibus remouentiū. eū n. 19. et seq.
- 20 Appellatio per legem positiuam vel principis priuilegium tolli potest. & nu. 21. & 22.
- 23 Litera iuxta For. como cerca. de Homici. an dentur in processu absentia in vim statutorum facta. cum nu. 24. & 25.
- 24 Iudex non tenetur exequi sententiā iudicis alterius territorij in vim statutorum latam, & quod captura, licet non sit executio, est tamen



*executionis preambulum, & totum continens.*

1



**S**OLENT statuta fieri per vniuersitates super ordine procedēdi in causis criminalibus vt procedatur per Inquisitionē, & summaria, vt elicitur ex For. fin. de Inquisi. si. prohibi. & ex Obser. si aliquis. de Homici. & For. Acto del quitamiento perpetuo de la hermandad. in fi. & Obser. si aliquis. de Homici. & solent fieri, vt reperiuntur facta ferē in omnibus ciuitatibus Locis, & Vallibus Regni, huiusmodi sub tenore.

2

† **P O R** proueer a los enormes delictos, q̄ cada dia se cometen por Bandoleros, delates, e otras personas facinorosas, en offensa de nuestro Señor Dios, el Rey, y la Iusticia. Atēdido q̄ por los Fueros del Rcyno no es plenamēte proueydo, por los luengos difugios, q̄ aquellos tienen, ne crimina remaneant impunita, & ne detur audacia delinquēdi. Por tāto statuymos, que qualquiere persona cuiuscunq; gradus, ley, o cōdiciō que sean, q̄ de aqui adelante cometiere homicidios (exprimendo delicta contenta in For. Como cerca. de Homici. & alia, videlicet,) y el q̄ dira o hara injurias a los Oficiales de los statutos, sera Bandolero, o persona rixosa, y de mala vida, y ran mas de dos armados cō tiros de fuegos, seran sacadores de caualllos, receptadores de Pelates, o les darā prouision, o yran malcarados, o atapados para delinquir, y los q̄ mādaran hazer dichos delictos, o el otro dellos, pues cōste del mādamiēto, si quiera el delicto sea cometido intra territoriū, vel extra, pues el delinquēte sea hallado intra territoriū statuentiū; sea

cōtra los tales, y cada vno dellos proueydo, y se pueda proceder por el Iuez ordinario, dādo plenissimo y bastāte poder a el, y a su Lugarreniēte, y a los Iuezes vniuersales hallado se intra territoriū sobre los dichos delictos, q̄ de aqui adelante se cometeran, durante los statutos dentro, o fuera del territorio. Y cōtra los malhechores, y perpetradores, y dantes cōsejo, fauor, y ayuda, y contra los delates, e infamados de dichos delictos se proceda, y pueda proceder en esta manera, a saber es: por via de Inquisiciō, y denūciacion, demanda y en otra qualquiere manera, q̄ mejor les parescera, y biē visto sera, nō obstantes Fueros, Privilegios, vsos, y costūbres Regni, aut alijs, aliās in cōtrariū faciētib⁹. Y no obstāte qualquier processo hecho a instancia de parte legitima, y la dicha parte legitima pueda hazer parte en dicho processo, o fuera del, y dichos Iuezes, y qualquiera dellos puedan proceer en dichos casos criminaliter, vel ciuiliter, instante parte, vel ex officio, seu animo informado. assi por testigos, indicios indubitados, como por fama con argumentos de verdad tantūm, y por otra violēta præsumpciō. Et en dichos delictos pueda proceer por Fuero, segū Fuero, cōtra Fuero, & vltra Fuero, en qualquier manera, q̄ a dicho Iuez parescera, y bien visto sera. Et cōtra los tales infamados, o delados, o inculpados de dichos delictos pueda proceder a captiō de sus peesonas, & a cōdēnation aun hasta muerte natural inclusiue & execution de aq̄lla, non obstantibus Foris, priuilegijs, & cōsuetudinibus, in contrariū receptis, orden de Fuero seruado, o no seruado, parte presente, o absente, recibidos los testigos dia feriado, o no feriado



feriado, en pies, o asentado, loco solito vel alio, de dia o de noche, en qualquiera manera que querra, o bien visto sera. Y este en arbitrio de dicho Iuez, si querra, al processo darle Aduogado, o no, y Procurador: y tambien pueda proceder arbitrariamente, haviendo, o no haviendo razon, de lo que por el acusado se deducira propofara, o allegara, tanto quanto al dicho Iuez parescera, y pueda recibir testigos hombres y mugeres para su informacion, de qualquiera condici on que sean, aunque sean de la misma Vniuersidad. Y que no sea obligado a publicar processo, ni los testigos, ni los dichos manifestar al acusado, ni otri por el, non obstantibus Foris. Y cõtra los tales delados, o infamados siẽdo presentes, o absentes, citados, o no cotumaciados, o no sean hauidos como q fuesfen presentes, y q contra el processo nõ possit opponi de nullitate, ni otra exception, ni solennidad de Fuero, ni de primo, & secundo accusatore, ni otra alguna, por la qual el processo, o sentencia puedan ser annullados, y que dichos Iuezes, y cada vno dellos puedan condenar a muerte natural, y executar, a aco-tes, mutilacion de miembro, exilio perpetuo, o tẽporal, a otra pena arbitraria en bienes o su persona, persona y bienes. Y las sentencias y executiones dellas, nõ puedan ser empachadas por firmas, de qualquier natura sean, aunque toquen al caso, o impugnen los statutos; ni appellaciõ adiunctiõ ni euocacion, ni otra legitima excepciõ, antes no obstante lo sobredicho, se aya de hazer la executiõ: y que en el processo, o sentencia no pueda ser puesta excepciõ, ni nullidad alguna, o otra allegacion, y que pueda condenar en las costas,

segun biẽ visto le sera. Y q el Procurador de la villa a solo mandamiento del Iuez sea tenido de hazer parte y la pueda hazer qualquier singular aunq no sea su interes, y el processo comẽgado por vno lo pueda acabar otro, no obstante qualquier perdon, remission, relaxacion, composiciõ, y otro qualquier priuilegio. Y el dicho malhechor no se pueda salvar en ningun lugar quãto quiere priuilegiado, antes puede de alli ser sacado por dichos Iuezes, o sus oficiales de su mandamiento. nõ Non obstantibus Foris in contrariũ disponentibus. Solet etiã statui, quõd sententię in processu statutorio ferantur de aonfiliõ certarum personarum.

3 \*Circa huiusmodi statuta quærit Bart. septem quæstiones in. l. omnes populi. de Iust. & iur. scilicet, quis potest facere statuta, secundo, qualiter; tertio, de quibus potest statui; quarto, cõtra quos, & sic quos liget statutum; quinto, quando ligent statuta; sexto, quam interpretationẽ recipiant; septimo, qualiter in iudicio producantur. de quibus tractant ibi Doctores, præcipuẽ Baptista. de sancto Seueri. & Ioannes Crotus.

4 \*Quõd verõ ad supra scriptũ statutũ, potest dubitari, si potest fieri per Vniuersitates? Et videtur dicẽdum, quõd non, cùm iurisdicciõ non sit pœnes illam, sed pœnes Regem, & eius officiales, & cõsequenter nõ potest statuere super decisione causarũ: vt dicit Bart. in dict. l. omnes populi. in ptima quæst. † Sed contrariũ seruatur, & videtur permissũ de Foro, argumẽto d. Fori de Prohib. Inquis. & Obser. Si aliquis. de Homiciõ super qua asserit ibi Pertusa. fuisse determinatũ, in causa Sãctiæ Gargallo, cõtra los de Andorra, quõd uallet statutum super his factum ab



vniuersitate nō habente iurisdictionem, nam meliorem conditionem Fisci ad causas terminandas, potest facere vniuersitas non habens iurisdictionem, licet non deteriore. Regulariter tamen fiunt cū interuentu Iudicis exercentis iurisdictionem, quod etiā de iure sufficit, vt super præmissis possit vniuersitas statuere, vt per  
 6 Bart. & repe. super dict. 1. quæst. † In super concluditur in dicto statuto, quod omnia omnia Iuris & For. Solennitate, possit Iudex ferre sententiā. Et an valeat statutum, quod sufficiat vnus testis quo ad probationem delicti. Quod non, cōcludit Carre. fol. 71. nu. 4. cum seq. An tale statutum de iure procedat: Bal. in l. prolatā. C. de senten. & interlocutio. Iudi. valere concludit, quē refert Babbist. de sancto Seue. in d. l. omnes populi. n. 90. Et idē ibi n. 57. refert, etiam si statuat, quod procedatur etiā diebus foriatis, valere tale statutum: & ideo concluditur valere, de super scriptū statutū, licet tollat omnē iuris ordinē. † In eo tamē, quod in dicto statuto disponitur, quod possit in vim statutorū omnis delinquens puniri de delictis contentis in statuto, vbiq; sit commissum delictū, dummodo delinquens sit in territorio repertus: videtur, non posse subsistere, per regulā, de qua per Deci. in c. Ecclesia sanctæ Mariæ. de cōsti. n. 6. & ibi Felii. quod à pari procedūt, Forū sortiri, & statutis ligari: si delinquēs nō sortitur ibi Forū, videtur, nō posse cōprehēdi statutis illius territorij, cui  
 8 Forū nō sortitur. † Et istud argumentum procedit semper negatiuē, nō non sortitur Forum, ergo non ligatur statutis: secus affirmatiuē, nā bene potest Forum sortiri, & non ligari statutis vniuersitatis, nam Milites, & Infantiones, sortiūtur Forū in lo-

cis regalibus, & tamen non ligantur statutis vniuersitatis, quia, vt dicit Moli. in verbo vniuersitas. dicti Infantiones non sunt de vniuersitate, ideo non ligantur eius statutis: & sic videtur, non posse subsistere de iure, Forenses, qui non sortiuntur Forum, neq; ratione delicti, vel alias quod statutis ligentur, vt in vim eorum puniantur de eo, quod alibi geserunt. † Ex quo sequitur, quod de Foro, in omnibus delictis, de quibus potest accusari, vbiq; reperitus fuerit, iuxta For. 3. de For. compe. ex quo ibi, vbi reperiuntur sortiuntur Forum, quod ligabuntur statutis illius loci. Pro quo facit, quod dicit Bart. l. 1. de sum. tri. post n. 47. quod per statutum loci originis, poterit procedi contra originarium alibi delinquentem, ex quo ibi etiā ratione dicti delicti alibi commissi sortitur For. Verum tamē est, quod punitio fieri debet secundum leges loci, vbi deliquit; & hoc est, quod dicit ibi Bart. nu. 48. intellige tamē, nisi statutum stricte loqueretur de delictis in territorio commissis, quia tunc standum est verbis statuti: tamen si statutum loquitur, vt hīc, vel simpliciter, procedit illatio, iudicio meo, vt ex dictis Bart. elicitorum. 47. & 48. in dict. l. 1. de summa Trinit.

10 † Ac etiam potest dubitari, si prædictum statutū procedit in eo, quod tollit appellationem, & mandat exequi sententiam, appellatione remota: de quo videndus est Alberi. 2. par. statuto. quæst. 44. Angel. de Malef. Paesente Gaio, & appellante. fol. 198. & versi. fin. col. 4. Cepol. confi. 64. Marsili. in Practi. Crimin. vlti. q. Carre. in Practi. Crimi. 2. fol. n. 7. Bar. in l. poen. de aqua pluui. arcē. & idē cōmuniter Doct. in l. oēs populi. de Iust.



de iust. & iur. Paris. de put. in tract. find. in verbo appellatio, & Boff. ritu. de appella. pagin. 570. Bal. in l. si. §. si. de tempo. Appella. Et in hoc concludunt, quod, si appellatio non pertinet ad Vniuersitatem sed ad superiorē, quod in præiudicium illius nō valet statutum, quia ius commune, quod ad supremam auctoritatem pertinet, semper videtur exceptum, & sic licet sit statutū, quod intra vnum diem appelletur, poterit tamen ad principem appellari, intra quadraginta dies. Bal. c. venientes. de iur. iur. nu. 5. vnde, cū prædictū sta. sit factū, & fiat ab vniuersitatibus, ad quas non pertinet iurisdictio, neq. in prima neque secunda instantia, videtur nō valere.

11 \* Et ita credo, fuisse habitā rationē de præmissis, super statutis, villæ de Cariniena, in quibus fuerat statutū, quod non obstante Firma, & appellatione, exequerentur poenæ statutorū, nam creditur, fuisse declaratum, esse habendam rationē de inhibitionibus superiorū, non obstantibus dictis statutis tollētibz dictas appellationes, & firmas, ex dictis per l. poenul. de, qua pluui. arcen. Quando appellatio pertinet ad Vniuersitatē, valet statutū, qui appellatio quæ est defensio de iure civili, potest renuntari, vide Ludou. Roma. in l. de aqua pluui. arcen. & quādo pertinet ad superiorem appellatio, licet contra superiorem nō possit statui, tamen de facto seruatutale statutum: vide Ange. de malefi. fol. 198.

12 \* Et sic cōtra prædicta facit consuetudo immemorialis, quod dicta statuta, in quibus appellatio tollitur, madetur executioni: & sic videtur quod in Regno, quidquid de iure sit, consuetudo det robur dictis

statutis, præsertim quia videntur recipere dicta statuta interpretationē ab ipsi Foris, in quibus permittebatur executio sententiæ criminalis non obstan. appella. F. r. de execu. vel iudi. de quo dictum est supra, in processu criminali, iuxta Fo. antiq.

13 \* Sed ex prædicta ratione fororum, videtur quod hodie de dicta consuetudine non sit habenda ratio, nam hodie de Foro. neque facta appellatione, nec durante tempore ad appellandum, potest exequi sententia mortis, & mutilationis membri. Et sic Fori, qui olim consuetudinem iuuabant, hodie cessant, & contradicunt, cum militet ratio, quæ de iure militat, scilicet, quod offenditur superior: nam Fori, noui disponūt generaliter, quod à dictis sententijs mortis, & mutilationis membri habeatur recursus.

14 \* Et licet admittamus, non derogari consuetudini per Fo. nouis. illa tñ est seruanda suis casibus, non tamen amplianda, ita quod, si processū est vigore cōsuetudinis, nō obsta. appella. antē præsentatā inhibitionē, pro vt fieri solebat de Fo. nō est extendenda ad casum, in quo facta appellatione præsentatur inhibitiō ante executionē. Nā cū isti sint casus diuersi a Foro, quia primo casus executatur ante præsentatā inhibitionē, vt dictū est; secundo casu, non potest post præsentatā inhibitionē, pari ratione dicendū est, quod licet sit solitū, in vim statutorum exequi sententias, non obstante appellatione, ante præsentatam inhibitionem, & non post, quod de vno casu non debet extendi ad aliū, cū & de Foro in eisdem terminis, non fiat extensio de vno ad aliū. Ratio enim



enim diuersitas, quæ de Fo. cõsidera-  
batur inter casum ante presentatã  
inhibitionẽ, & casũ post factã præ-  
sẽtationẽ nõ, quia nõ ita offenditur  
superior ante presẽtatã inhibitionẽ  
Eadem in statutis ratio, ac in con-  
suetudine ad casuum parificatio-  
nem considerabilis censetur. Ita-  
quẽ licet sit per statutum sit subla-  
ta appellatio, nihilominus tamen,  
potest superior inhibere inferiori,  
ne sententiam exequatur, & est ei  
parendum: vide Pari. de Pute. in  
verbo Appellatio. folio 48. nume.  
2. & 3. nam quoad superiorem ni-  
hil operatur remotio appellatio-  
nis, vt ibi, Et sic non videtur dig-  
num, & iustum, quòd si olim, quan-  
do in vim statutorum procedeba-  
tur, ante executionem, actualiter  
manifestabatur, vel firma, vel in-  
hibitio presentabatur, in executio-  
ne supersedeatur, quòd hodie nõ  
supersedeatur, stantibus presertim  
Foris, quòd sententia mortis lata  
per quemcumquẽ inferiorem nõ  
mandetur executioni, pendente  
tempore ad appellandum.

15 † Ex quibus omnibus resultare  
videtur, quod de dicta consuetu-  
dine non sit habenda ratio, quia  
si olim stabat, erat ex eo, quia i-  
dem erat de Foro, & sic non erat  
contra Forum, sed conueniebat  
cum ipso Foro. hodie verò, cum  
Forus resistat, videtur cessare, &  
casu, quo non cesset per d. Foros  
nouos, tamen non debet extendi  
ad casum presentatæ inhibitionis,  
vel manifestationis, quia auctori-  
tas superioris semper videtur ex-  
cepta. c. Pactoralis. §. Præterea de  
Offi. delega. & sic si Curia Iustitiæ  
Aragon, quæ est iudex contra Fo-  
rorum, inhibet, parendum est eius  
inhibitioni, Idem si manifestaret, 18

nam manifestatio dicitur extincta  
lata sententia in processu Forali, se-  
ius in alio, & sic isto casu, non ob-  
stante, quod statutum statuatur, Fore  
exequendam sententiam, non ob-  
stante appellatione, obtemperanda  
est inhibitio superioris: vt dicit Pa-  
ris. de Puteo in d. verbo appellatio  
fol. 48. nu. 2. & 3. Et ita fuit puni-  
tus quidam commissarius ad puniẽ-  
dum striges, vulgo dictas, Bruxas,  
in vim statutorum, & non paruit  
inhibitioni iurisfirmæ obtentæ ad  
instantiam. Orosiæ Pardo, De la  
val de Aragues, in mense Octo.  
1567.

† Dubium tamen est, si in vim  
statuti, potest sententia statim exe-  
cutioni mandari, non expectato tẽ-  
pore ad appellandum, vel si appel-  
latur, non obstante appellatione,  
non presentata inhibitione, quia  
paria sunt, quòd appellari, vel  
quòd posita appellare: Folleri.  
pag. 825. à num. 11. Et videtur  
dicendum, quod sic, pro vt in ter-  
minis dicit Folleri c. quærenti. n. 5.  
de Offic. delega. ponendo regulam  
quod sententia criminalis non de-  
bet exequi, non clapsis decem die-  
bus ad appellandum: Fallit, quan-  
do per statutum disponitur, quod  
sententia in continenti executioni  
mandetur, non obstante appellatio-  
ne: de quo ponit Bossi. titu. de ap-  
pella. pag. 570. n. 7. Et idem est se-  
cundum Bal. cons. 370. 1. vol.  
quando statutum diceret, quod iu-  
dex id dicta causa criminali posset  
procedere sine lite, ex officio, pro  
vt in supra dicto statuto disponi-  
tur: quem refert Bossi. d. titu. de  
Appella. pag. 571. num. 16.

† Verum est, quod licet statutũ  
disponat, quod à tali sententia non  
possit appellari; si tamen dicta sen-  
tentia



100.   
 18   
 19   
 20   
 21   
 22

100.   
 18   
 19   
 20   
 21   
 22

18 \* Et licet de iure probabiliter dubitari possit, an talia statuta fieri possint, quod in causa criminali non possit appellari, quia Bal. in c. venientes. de iure iur. asserit in causa capitali fieri non posse, & idem in l. fi. C. de Tempo. Appella. per rationes per eum ibi traditas. Et Angel. conf. 137. post multa concludit restringendo, quod dicta de statuto tollente appellationem procedunt in causa civili, in causa tamen criminali relinquit cogitandum. † Bossius tamen in d. tit. de Appella. pag. 570. num. 7. asserit in omnibus fere terris, & locis fieri statuta tollentia in criminalibus appellationem, pro ut in simili in hoc Regno reperuntur facta à tempore immemorabili tollentia appellationem, & seruari. Pro validitate quorū statutorum, & consuetudinis, allegat Augustinum de Arimi. in Additio. ad Angel. d. ver. Præsente Gaio, & appellat. fol. 186. allegat etiā pro prædicta consuetudine Bal. in d. l. fi. §. fin. vbi asserit in terris imperij non seruari c. venientes de iure iur. nisi principaliter statutum fuerit in præiudicium superioris. Facit etiam pro dicto statuto, & consuetudine dictum Felin. in cap. quærenti. de offi. delega. vbi limitando regulam, quod non est exequenda sententia criminalis statim, dicit, quod fallit tertio, nisi statutum diceret, quem esse statim, ducendum ad supplicium. Quod statutum valet, secundum omnes præallegatos, & iuuat dictum Bald. conf. 330. 1. volum. asserens, statutum, quod in causa criminali pro-

